

audisse, suaque sancta manu et auctoritate examinatam posteris ad transcribendum ac legendum commendasse. Sit igitur Deus benedictus in orationibus. Amen.

## EADMERI MONACHI

### LIBER

## DE SANCTI ANSELMI SIMILITUDINIBUS<sup>268</sup>.

#### CAPUT PRIMUM.

##### *De triplici voluntate<sup>269</sup>.*

Voluntas tripliciter intelligitur. Voluntas etenim dicitur<sup>270</sup> illud animæ instrumentum quo vult, et affectio ejusdem instrumenti; affectio vero, est affectio ejusdem instrumenti volendi. Hæc voluntas, quæ dicitur affectio<sup>271</sup>, est ad tempus quasi sopita, quia est eorum quæ mens non memorat, sed mox, ut ea recolat, etiam instrumentum volendi appetit. Item voluntas dicitur velle, vel usus ipsius instrumenti.

#### CAPUT II.

##### *Similitudo inter mulierem et voluntatem.*

Voluntas itaque, quæ est instrumentum volendi, sic est inter Deum et diabolum quomodo mulier inter suum legitimum virum et aliquem adulterum. Vir ei<sup>272</sup> præcipit ut sibi soli jungatur, adulter vero persuadet ut et sibi copuletur<sup>273</sup>. Si itaque se soli legitimo viro jungat, legitima est, ipsaque filios<sup>274</sup> legitimos generat; si autem adultero se junxerit, adultera est, et ipsa filios<sup>275</sup> adulteros parit. Similiter ergo Deus imperat voluntati ut societur ipsi soli<sup>276</sup>; diabolus vero ex alia parte suggerit ut jungatur et sibi. Si itaque se soli Deo junxerit, id est Spiritus sancti suggestionem, velut semen bonum, receperit, fit ejus conjux legitima filiosque legitimos generat, id est<sup>277</sup> virtutes et opera bona; mox enim ad imperium ejus omnes aperiuntur animæ et corporis sensus ad implendum quod præcipit Deus<sup>278</sup>.

#### CAPUT III.

##### *De sensibus animæ.*

Ipsa namque voluntas aperitur ad virtutum<sup>279</sup> affectionem<sup>280</sup> et ad volendum optanda; memoria vero, ad memorandum memoranda; cogitatio, ad cogitandum cogitanda; intellectus, ad discernendum quid sit volendum, vel memorandum, vel cogitandum. Animus quoque ad charitatem erigitur<sup>281</sup>, ad humilitatem disponitur, ad patientiam roboratur, et ad alias virtutes generandas aperitur.

#### CAPUT IV.

##### *De sensibus corporis.*

Similiter et corporis sensus aperiuntur ad imperium ejus, videlicet visus ad videnda<sup>282</sup>; auditus, ad audiendum Dei verba; gustus, ad gustanda; odoratus, ad odoranda; tactus, ad tangenda; olfactus, ad olfacienda; oculi quoque, ad vigilandum et plorandum; os, ad bene loquendum; manus, ad recte operandum; pedes, ad ambulandum quo debent. Sicque una sola voluntas, postquam Dei voluntati est juncta, tot virtutes generat et opera bona.

#### CAPUT V.

##### *De obedientia.*

Hujus autem voluntatis affectio sive usus, obediens voluntas vel obedientia dicitur, quia Dei voluntati obediens, eam habet advocatam, si quærat<sup>283</sup> cur hoc vel illud velit. Quod si hæc voluntas, quæ dicitur instrumentum volendi, diabolo se junxerit, ejus recipiendo<sup>284</sup> suggestionem velut inordinatum semen, adultera mater effecta filios adulteros, id est vitia et opera mala generat. Universos enim hominis sensus claudens ad ea quæ præcipit<sup>285</sup> Deus, pandit ad ea quæ jubet diabolus. Ipsa namque prius aperitur ad affectionem vitiorum, et ad ea volendum, ac deinde hominis sensus aperit ad ipsa perpetranda.

#### VARIÆ LECTIONES.

<sup>268</sup> *Is Collatus est cum mss Gem. Bec. Corb 507. Victorino EE. 45. San-Germanensi per me notato A. 1. Et cum Editione Coloniensi 1573 Ms Vict. Incipit liber Anselmi Cantuariensis Archiepiscopi de Similitudinibus. ms Corb. Incipit Tractatus S. Anselmi de Similitudinibus. ms San-German. Incipit tractatus a venerabili Anselmo Cantuariensi Archiepiscopo editus de Triplici Voluntate. In eo ms hic Tractatus in Capitula non dividitur.* <sup>269</sup> De divisione voluntatis mss de triplici voluntate <sup>270</sup> Tripliciter intelligitur voluntas. Etenim dicitur ms San-Germ. voluntas tripliciter intelligitur. Voluntas etenim dicitur <sup>271</sup> Quæ est affectio ms San-German. quæ dicitur affectio <sup>272</sup> Vir enim ei ms San-German. vir ei <sup>273</sup> Ut sibi copuletur ms A. 1 ut et sibi copuletur <sup>274</sup> Legitima est, ipsaque filios ms A. 1 legitima est et ipsa, filiosque <sup>275</sup> Adultera est, et ipsa filios ms A. 1 adultera est et ipsa, filiosque <sup>276</sup> Societur sibi soli ms A. 1 societur ipsi soli <sup>277</sup> Generat, id est ms Vict. parit, id est <sup>278</sup> Quod præcepit Deus mss Vict. et A. 1 quod præcipit Deus <sup>279</sup> Ipsa namque et aperitur ad virtutum ms A. 1 ipsa namque aperitur ad virtutum ms Corb. Ipsa namque et aperitur, namque voluntas ad virtutum <sup>280</sup> Affectionem, et ms Corbeiens. affectionem erigitur, et <sup>281</sup> Ad charitatem dirigitur mss A. 1. Bec. et Gemmet. ad charitatem erigitur <sup>282</sup> Ad recte vivendum mss ad vivendum <sup>283</sup> Si quærat<sup>283</sup> ms A. 1. si requiratur <sup>284</sup> Ejus recipiendo manuscript. A. 1 ejus recipiens <sup>285</sup> Ad ea quæ præcepit mss Vict. et A. 1 ad ea quæ præcipit

## CAPUT VI.

*De inobedientia et propria voluntate*

Hujus vero affectio sive usus, inobediens voluntas vel inobedientia vel etiam propria <sup>286</sup> voluntas dicitur. Propria quippe voluntas est quæ Dei voluntatem sibi advocatam habere non potest, ut, si quæretur <sup>287</sup> cur hoc vel illud velit, respondere veraciter non valet quia et Deus vult ut hoc velit. Affectio autem sive usus illi, ex diabolica nascentes <sup>288</sup> suggestione, Dei voluntatem sibi advocatam habere non possunt <sup>289</sup>. Utraque igitur voluntas indubitanter est propria; quæ <sup>290</sup> a Dei voluntate porro priyatur, ob hæc recte propria voluntas nominatur <sup>291</sup>. *Hæc autem voluntas propria, superbia est illa, quam initium omnis peccati Scriptura nuncupat* <sup>292</sup>.

## CAPUT VII.

*De superbia.*

Superbia ideo vocatur, quia supra quam debeat graditur. Superbia namque supergressio dicitur. Propria itaque voluntas, quia Dei voluntati non subijcitur, sed supra eam extollitur, ob hoc recte superbia dicitur. Ipsa quoque omnis peccati est initium, quia ex ea nascitur omne peccatum. Et quoniam homo illam habet a se: neque voluntatem Dei, quam <sup>293</sup> sequatur, vult habere super se, ipsi Deo aufert, quod proprie et singulariter debet habere.

## CAPUT VIII.

*Quod propria voluntas soli Deo conveniat.*

Solus enim Deus, quidquid vult, debet velle propria voluntate, ita ut aliam, quam sequatur, non habeat supra se. Cum igitur homo vult aliquid per propriam voluntatem, Deo aufert quasi suam coronam. Sicut enim corona soli regi competit, sic propria voluntas soli Deo. Et sicut regem aliquem inhonoraret, qui suam coronam ei auferret; sic homo inhonorat Deum, qui aufert ei propriæ voluntatis privilegium, habendo quod ille debet habere solum. Sed sicut propria voluntas, Dei fons est et origo totius boni; ita propria voluntas hominis, totius est exordium mali.

## CAPUT IX.

*Similitudo inter propriam voluntatem et fontem.*

Hæc est enim velut fons quidam, qui in tria capita dividitur, e quibus rivi diversi et innumerabiles derivantur, qui in locis quibusdam ab invicem separantur, aliquibus vero <sup>294</sup> duo et duo, vel plures pluribus <sup>295</sup> conjunguntur. Ita quoque propria voluntas in genera tria dividitur: e quibus vitia diversa et sine numero nascuntur; quæ aliquando in

A hominem sunt disjuncta, quandoque vero duo vel plura conjuncta.

## CAPUT X.

*De tribus generibus propriæ voluntatis.*

Propria namque voluntas, aut est in delectatione, aut in exaltatione, aut in curiositate.

## CAPUT XI.

*De delectatione.*

Delectationum genera <sup>296</sup> sunt duo principalia; unum exterius, in quinque sensibus corporis; aliud interius, in animæ affectionibus.

## CAPUT XII.

*De quinque corporis sensibus.*

Sunt autem corporis sensus quinque, visus, auditus, gustus, odoratus et tactus. Qui ideo sensus dicuntur, quia per eos exteriora sentiuntur. Per visum enim formæ et colores; per auditum, soni; per gustum, sapes; per olfactum, odores; per tactum, dura vel mollia, calida vel frigida, aspera vel lenia <sup>297</sup>, gravia vel levia sentiunt. Horum autem sensuum delectatio raro est <sup>298</sup> bona, sæpius vero mala. Bona etenim est, cum Dei voluntatem sibi advocatam habet; mala vero cum eam sibi advocatam habere non potest.

## CAPUT XIII.

*De generibus delectationis malæ.*

Hujus autem delectationis malæ genera sunt triginta et unum: e quibus quinque sunt simplicia, decem duplicia, decem triplicia, alia quinque quadruplicia, unum vero ex quinque partibus constat.

## CAPUT XIV.

*De quinque simplicibus generibus.*

Quinque itaque sunt simplicia, quia plerumque delectatur per se unusquisque quinque sensuum. Aliquando enim solus visus vane delectatur, ut in conspiciendo <sup>299</sup> equos certatim currere <sup>300</sup>, aut accipitres volantes alias aves capere. Aliquando solus auditus, ut cum hominem delectat, ad aurem suam diu nolam <sup>301</sup> percutere, qui eam audit dulciter sonare. Aliquando solus gustus, ut in comedendo mel immoderate, non tamen visu delectabile. Aliquando solus olfactus, ut cum aliquis defert feneclum naribus suis suspensum <sup>302</sup> ut sibi suaviter redoleat. Aliquando solus tactus <sup>303</sup>, ut cum aliquem immoderate reffectum contrectare oblectat ventrem <sup>304</sup> suum.

## CAPUT XV.

*De decem duplicibus.*

Decem vero sunt duplicia, quia plerumque dele-

## VARIE LECTIONES.

<sup>286</sup> Vel proprium *mss* vel etiam propria <sup>287</sup> Ut si quæretur *ms A.* 1 ut si requiratur <sup>288</sup> Ex diabolica nascentes *manuscripta* ex diabolica nascentes <sup>289</sup> Habere non potest *manuscripta* non possunt habere <sup>290</sup> Propria. Unde propria voluntas, quæ quia *mss* propria: quæ quia <sup>291</sup> Ob hæc recte propria voluntas nominatur *ms A.* 1 ob hoc propria recte nominatur <sup>292</sup> Scriptura nunciat *mss* *Bec. Gem. et A.* 1 scriptura nuncupat <sup>293</sup> Aliam, quam *ms A.* 1 aliam voluntatem, quam <sup>294</sup> A quibus vero *mss* aliquibus vero <sup>295</sup> Ut pluribus *mss* ut plures pluribus *ms A.* 1 vel plures pluribus <sup>296</sup> Delectationum genera *mss et Edit. Col.* 1573 delectat onis genera <sup>297</sup> Aspera vel levia *mss* aspera et lenia <sup>298</sup> Raro est *ms A.* 1 rarius est <sup>299</sup> Et contemplando *ms A.* 1 *omittit.* <sup>300</sup> Certatim concurrere *ms A.* 1 certatim currere <sup>301</sup> Diu nolam *ms* *Vict.* diu mgellam vel nolam <sup>302</sup> Naribus suis suspensum *mss* auribus suis suspensum <sup>303</sup> Solus tractus *mss* solus tactus <sup>304</sup> Oblectet ventrem *mss* oblectat ventrem

ctantur simul duo, et duo iidem sensus <sup>305</sup>. Aliquando enim delectantur simul visus <sup>306</sup> et auditus, ut cum nimis delectando canes bestias insequi videtur, et conclamare <sup>307</sup> post ipsas audiuntur; aliquando visus et gustus, ut cum magna delectatione vinum limpidissimum conspicitur in saphyrino scypho et bibitur; aliquando visus et olfactus, ut in videndo simul et olfaciendo nimis rubentes rosas; aliquando visus et tactus, ut in conspiciendo et complanando aliquem muricipem album; aliquando auditus et gustus, ut cum aliquem sic bibere delectat ut inter labia sua sonitum quemdam pitissando <sup>308</sup> faciat; aliquando auditus et olfactus, ut cum aliquem bibendi aviditate delectat auscultare <sup>309</sup> mustum ebulliens applicata aure, et ejus odorem naribus attrahere; aliquando auditus et tactus, ut cum <sup>310</sup> aliquem nimis delectat citharam resonantem audire, et eandem percutiendo tangere; aliquando gustus et olfactus, ut cum immoderate eduntur gallinæ pipere et cymino diligenter conditæ; aliquando gustus et tactus, ut cum gulositate manduntur ficus maturæ, dulces ad edendum, et lenes et molles ad tangendum; aliquando olfactus et tactus, ut cum unguento bene olenti quis ungitur.

#### CAPUT XVI.

##### *De decem triplicibus.*

Decem quoque sunt triplicia, quia sæpe terni, et terni delectantur corporis sensus supradicti. Aliquando enim condelectantur visus, auditus et gustus, ut cum nimis avide collyridæ eduntur, quæ quasi nix candidæ videntur, sponteque manibus vel dentibus sic atteruntur ut resonare audiantur; aliquando visus, auditus et olfactus, ut cum aliquis in horto sic residet ut virides herbas aspiciat, fabulas audiat, flores olfaciat; aliquando visus, auditus et tactus, ut cum mulier speciosa delectationis causa conspicitur, luxuriosa loqui auditur, sed et interea tangitur; aliquando visus, gustus et olfactus, ut cum aliquem delectat <sup>311</sup> inspicere vinum herbis confectum scintillare, bibere et olfacere; aliquando visus, gustus et tactus, ut cum aliquis est saturatus racemis, vineam tamen <sup>312</sup> deambulat, ut quam pulchre racemi in ea dependeant videat, et hos atque illos contrectans degustat; aliquando visus, olfactus et tactus, ut cum quis diu nimis lilia conspicit, olfacit et tangit; aliquando auditus, gustus et olfactus, ut cum divites delectat cervos in silva clamantes audire, et quorundam jam captorum carnes

A pipere conditas interim edere; aliquando auditus, gustus et tactus, ut cum aliquis, in balneo residens, fabulas audit, edit et bibit, atque teporem aquæ <sup>313</sup> circumquaque tangit; aliquando auditus, olfactus et tactus, ut cum aliquis cantilenas audit, dum in lecto mollibus strato quiescit, ubi et herbas undique sparsas olfacit; aliquando gustus, olfactus et tactus, ut cum nocte manduntur immoderate poma sapida, odorifera et mollia.

#### CAPUT XVII.

##### *De quinque quadruplicibus.*

Quinque vero quadruplicia sunt, quia plerumque simul quaterni et quaterni delectantur <sup>314</sup>. Aliquando enim delectantur simul visus, gustus, auditus et olfactus, ut cum in nuptiis ludæ videntur, cantilenæ audiuntur, cibus et potus deliciosi sumuntur, eorumque odor sentitur; aliquando auditus, gustus, olfactus et tactus, ut cum in nocte nihil ibi videtur, quo delectatur visus, sed cum auditu, gustu et olfactu delectatur et tactus <sup>315</sup>, ut cum sponsus sponsam amplexatur, aut alius ab alio libidinosè tangitur; aliquando gustus, olfactus, tactus et visus, ut cum ibi nihil auditu delectabile auditur, sed adsunt alia, quibus cæteri sensus, quisque suo modo, delectantur <sup>316</sup>; aliquando olfactus, tactus, visus et auditus, ut cum ibi nihil gustatur, sed flores illic aspersione delectat convivas olfacere, tangere, inspicere, diversos musicorum <sup>317</sup> sonos auscultare; aliquando tactus, visus, auditus et gustus, ut cum nihil habetur, quo delectetur olfactus, sed talia, quibus cæteri quatuor sensus condelectentur <sup>318</sup>.

#### CAPUT XVIII.

##### *De ultimo genere delectationis malæ.*

Unum autem ex quinque partibus constat, quia quandoque delectantur simul hi omnes corporis <sup>319</sup> sensus. Aliquando enim delectat hominem domum interius ornatam conspiciere, ebriosos in ea decantantes audire, ibidem et vinum cornibus <sup>320</sup> deauratis potare, et flores per domum dispersos <sup>321</sup> olfacere, ipsosque, vel cornua aurea, vel alia tactu delectabilia contrectare. Triginta itaque et unum genera sunt delectationis, ad quinque corporis sensus pertinentia; qua his <sup>322</sup> triginta et uno delectantur modis, ex quibus duplicia simplicibus sunt pejora, duplicibus triplicia, triplicibus quadruplicia, quadruplicibus illud quod ex quinque partibus constat. Quanto enim plures sensus in delectatione sociantur, tanto ipsa delectatio pejoratur.

#### VARIÆ LECTIONES.

<sup>305</sup> Duo iidem sensus *mss* duo, id est, sensus *ms Vict.* duo simul sunt idem sensus <sup>306</sup> Condelectantur visus *ms A.* 1 delectantur simul visus <sup>307</sup> Et clamare *ms A.* 1 et conclamare <sup>308</sup> Pitissando *ms Vict.* pulsando <sup>309</sup> Delectatur auscultare *ms A.* 1 delectat auscultare <sup>310</sup> Auditus, ut cum *mss et Edit. Col. 1575* auditus et tactus, ut cum <sup>311</sup> Aliquem delectant *manuscripta* aliquem delectat <sup>312</sup> Vineam tamen *ms A.* 1 vinea tamen <sup>313</sup> Atque tepore aquæ *manuscript.* atque teporem aquæ <sup>314</sup> Plerumque quaterni delectantur simul et quaterni. *ms A.* 1 plerumque simul quaterni et quaterni delectantur. <sup>315</sup> Olfactu delectatur tactus *ms A.* 1 olfactu delectatur et tactus <sup>316</sup> Suo modo delectatur *mss* suo modo, delectantur <sup>317</sup> Diversos musicorum *ms A.* 1 diversorum musicorum <sup>318</sup> Sensus delectentur *ms A.* 1 sensus delectantur *Edit. Col. 1575* sensus condelectentur <sup>319</sup> Omnes corporum *mss* omnes corporis <sup>320</sup> Vinum de cornibus *manuscript.* vinum cornibus <sup>321</sup> Despersos *mss* dispersos <sup>322</sup> Qui his *mss* quia his

Attamen aliquando peior est unius quam omnium A simul delectatio.

### CAPUT XIX.

*Peior est delectatio quæ pluribus aut gravioribus delectatur.*

Gravius est enim detractionem libenter audire quam flores pulchros aspicere, tangere, olfacere; interea bibere semel aut bis plus quam est necesse, aliquodque verbum otiosum audire. Sed in eodem paribusve peccatis peius est plures quam pauciores sensus delectari. Peius est enim delectari visu et auditu inhonesti loci quam visu tantum, aut auditu tantum. Item peius est immoderate delectari gustu et olfactu potus confecti quam tantum gustu, aut tantum olfactu alienius delicti cibi. Itaque ex istis triginta et uno generibus delectationis, alia sunt mala, alia pejora. Mala, in quibus pauciores delectantur sensus, aut, si fuerint plures, oblectantur in levioribus. Pejora, in quibus delectantur plures, aut si fuerint pauciores in gravioribus delectantur. Tot igitur et talia sunt genera delectationis qua delectantur quinque sensus corporis.

### CAPUT XX.

*De animæ delectatione.*

Ilius vero delectationis qua delectatur anima, genera sunt multo plura. Quidquid enim exteriores sensus sentiunt, sentiendo animæ innunt quale sit illud quod sentiunt, ut, cum qualitatem <sup>323</sup> rei repræsentaverint sibi et quod sentiebant sentire omiserint, delectat animam idem cogitare, et totidem <sup>324</sup> modis quot sibi sensus repræsentaverunt <sup>325</sup>. Sicut enim sensus singulos, aut binos, aut ternos, aut quaternos, aut simul omnes delectat istud vel illud sentire et animæ repræsentare, ita et animam delectat cogitare, quia sensus eisdem modis illud vel illud senserunt, sentiendoque sibi repræsentaverunt. Illud quoque, quod sibi sensus nunquam repræsentaverunt, quia nunquam senserunt; sed si sensissent, repræsentare possent. Tot modis delectat animam cogitare quot sibi sensus valerent repræsentare. Nunquam enim visus repræsentavit ei domum auream totam, quia non vidit; nec auditus sonum toto mundo diffusum, quia non audivit; nec gustus panem melle dulciorem, quia non gustavit; nec olfactus vinum balsamo fragrantius, quia non olfecit <sup>326</sup>; nec tactus indumenta lanæ lineis leniora, quia non tetigit; nec alia multa ei sensus repræsentaverunt, quia non senserunt; sed si sensissent, repræsentare possent. Et tamen, aut hæc, aut alia hujusmodi inania eam imaginari delectat, ac si sensus sensissent, eique singuli, aut bini, aut terni,

aut quaterni, aut simul omnes repræsentassent. Sunt et alia delectationis animæ genera, quæ nec sensus valent illi repræsentare, nec ipsa potest per imaginationem cogitare, ut cum superbia delectatur, sine omni imaginatione. Hanc etenim sensus non valent illi repræsentare, quia nec visus potest discernere utrum sit alba vel nigra; nec auditus, an sit sonora vel rauca; nec gustus, an sit dulcis vel amara; nec olfactus, an sit redolens aut foetida; nec tactus, an sit mollis vel dura, lenis vel aspera, calida vel frigida. Ipsa quoque anima non valet imaginari utrum superbia illa sit talis aut talis, quia est in exaltatione solius cogitationis. Multo igitur plura genera sunt delectationis, qua anima delectatur, quam illius qua quinque corporis sensus oblectantur <sup>327</sup>. Quia et eandem delectat illa <sup>328</sup> memorare quæ et illos sentire <sup>329</sup>, et totidem modis, quot sibi repræsentaverunt; et alia imaginari quæ illi sibi non <sup>330</sup> repræsentaverunt, quia nunquam senserunt, sed si sensissent, repræsentare possent; et quædam cogitare, quæ neque illi possunt sentire, neque ipsa per imaginationem cogitare, sed simpliciter sine omni imaginatione.

### CAPUT XXI <sup>331</sup>.

*De generibus exaltationis.*

Exaltationis autem genera sunt quindecim, e quibus quatuor sunt simplicia, sex duplicia, quatuor triplia, unum vero quadruplex.

### CAPUT XXII.

*De quatuor simplicibus.*

Quatuor itaque sunt simplicia, quia est exaltatio aliquando in sola opinione, ut si quis opinetur se esse dignum episcopatu, nec tamen velit fieri episcopus; aliquando in sola voluntate, ut si velit fieri episcopus, nec tamen opinetur se esse dignum episcopatu; aliquando in sola locutione, ut si jactet se esse dignum, nec tamen velit fieri sciens se esse dignum; aliquando in solo opere, ut si quis infirmus <sup>332</sup> per ignorantiam assideat juxta regem.

### CAPUT XXIII.

*De sex duplicibus.*

Sex vero sunt <sup>333</sup> duplicia, quia aliquando extollitur homo, in opinione simul et voluntate, ut cum prioratu aliquo se esse dignum æstimat, et hoc vult ut prior <sup>334</sup> fiat; aliquando in opinione et locutione, et non voluntate, ut cum aliquis aliquam non vult prælationem, quæ sibi offertur, et ex hoc ipse se extollens meliorem se aliis arbitratur, et inde se jactat ita tamen ut non avertatur <sup>335</sup>; aliquando in opinione et opere, ut si aliquis se æstimat dignum sedere juxta episcopum, et alicubi per ignorantiam

### VARIAE LECTIONES.

<sup>323</sup> Ut cum qualitatem *ms Vict. et Edit. Col. 1573* ut quæ qualitatem *ms A. 1* utique qualitatem <sup>324</sup> Cogitare: totidem *mss Vict. et A. 1 et Edit. Col. 1573* cogitare et totidem <sup>325</sup> Repræsentare... *ms A. 1* repræsentare. <sup>326</sup> Nolfacit *mss et Edit. Col. 1573* non olfecit <sup>327</sup> Illius quinque... delectantur *mss et Edit. Col. 1573* illius qua quinque... oblectantur <sup>328</sup> Et eadem delectat illam *ms A. 1* et eandem delectat illa <sup>329</sup> Quæ illos sentire *ms A. 1* quæ et illos sentire <sup>330</sup> Quæ sibi non *mss A. 1 Vict. et Edit. Col. 1573* quæ illi sibi non <sup>331</sup> In *ms A. 1 hæc usque ad Caput 37 exclusive non habentur.* <sup>332</sup> Si quis infirmus *mss Vict. Gem. Bec. et Edit. Col. 1573* si quis infirmus <sup>333</sup> Sex sunt *ms Vict. et Edit. Col. 1573* Sex vero sunt <sup>334</sup> Vi prior *mss et Edit. Col.* ut prior <sup>335</sup> Ut non avertatur *ms Vict. et Edit. Col. 1573* ne avertatur

assideat ei; aliquando in voluntate et locutione, ut cum aliquis volens episcopari, jactat inde se esse dignum<sup>336</sup>, licet sciat se esse indignum; aliquando in voluntate et opere, ut cum aliquis in convivio vult residere in superiori loco, et ibi se ingerit invitante nullo, quamvis indignum se aestimet loco tam alto; aliquando in locutione et opere, ut cum praelatus aliquis aliquam in se fragilitatem videt, ob quam, si honeste posset, ipsam praelationem desereret, et tamen in verbis et actibus suis quamdam extollentiam ostendit, ne ipsam<sup>337</sup> ejus fragilitatem quis animadvertat.

## CAPUT XXIV.

*De quatuor triplicibus.*

Quatuor autem sunt triplicia, quia aliquando delectatur homo in opinione, et voluntate et locutione, ut cum dignum se praelatione aestimat, et eam vult, et inde se jactat; aliquando in voluntate, locutione et opere, ut cum ideo quia vult praelationem habere, fingit verbo, et opere, et actu, dignum se esse, quamvis sciat se indignum. Aliquando in locutione, opere et opinione, ut cum aliquis, licet jactet dignum se esse praelatione, et ea libentius agat quibus dignus videatur esse, et hoc idem arbitretur de se, non vult tamen praelationem habere, ut sanctorum judicetur esse. Aliquando autem in opere, opinione et voluntate, ut cum praelatus subditos opprimit immoderate, ut suam praelationem, qua dignum se aestimat esse, quandiu vult possidere, sine ullo obstaculo habere possit.

## CAPUT XXV.

*De uno quadruplici.*

Unum est quadruplex, quia plerumque se homo attollit in opinione, voluntate, locutione et opere, ut cum laude dignum se aestimat, et eam appetit; et ipse se laudat, et quaedam magna operatur ut laudem acquirat. Quindecim itaque sunt extollentiae genera. quatuor simplicia, quae sunt mala; sex duplicia<sup>338</sup>, quae sunt pejora; quatuor triplicia, quae sunt pessima; unum vero quadruplex, quod caeteris omnibus pejus est; quanto enim in pluribus homo extollitur, tanto extollentia<sup>339</sup> ipsa pejoratur. Item sciendum quia solus operis extollentia<sup>340</sup>, quae semper est per ignorantiam, est mala: solus autem locutionis, pejor; solius vero opinionis, pessima; solius autem voluntatis, omnibus aliis est pejor. Stultum est enim cum aliqua vili persona per ignorantiam assidet juxta dignam; sed stultius est, cum inde se jactat dignam<sup>341</sup>; stultissimum vero, cum hac se<sup>342</sup> aestimat dignam; multo autem stultius est, cum vult residere juxta eam, cum sciat se inde esse

indignam ea. Contra eam extollentiam, quae est in opere, ipse Dominus ait: *Cum invitatus fueris ad nuptias, recumbe in novissimo loco* (Luc. XIV, 10). Contra eam vero quae est in locutione Salomon dicit: *Laudet te alienus*<sup>343</sup>, et non os tuum (Prov. XXVII, 2). Contra eam quae est in opinione Apostolus ait: *Noli altum sapere, sed time* (Rom. XI, 20). Contra eam vero quae est in voluntate Dominus iterum dicit discipulis suis: *Qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus* (Matth. XIX, 27). Contra omnia vero extollentiae genera item ipse dicit: *Omnis qui se exaltat, humiliabitur; et qui se humiliat, exaltabitur* (Luc. XIV, 11; XVIII, 14).

## CAPUT XXVI.

*De curiositate et sedecim ejus generibus.*

Curiositas est studium perscrutandi ea quae scire nulla est utilitas. Hujus autem sedecim sunt genera, e quibus quinque sunt simplicia, sex duplicia, quatuor triplicia, unum vero quadruplex.

## CAPUT XXVII.

*De quinque simplicibus.*

Quinque itaque sunt simplicia, quia aliquando in sola cogitatione curiositas est, ut cum aliquis studiose cogitat quomodo alterius secretum scire valeat. Aliquando in verbo, ut cum illud curiose interrogat. Aliquando in actu, ut cum circa illum deambulat, quasi aliud aliquid quaerat, si forte quod quaerit, indicio aliquo<sup>344</sup> cognoscere valeat. Aliquando in visu, ut cum sollicite considerat quomodo ille tendat<sup>345</sup>, quid agat; quomodo sedendo, stando, ambulando, vel aliquo alio modo se habeat. Aliquando in auditu, ut cum intente auscultat<sup>346</sup> quid ille de alio, vel alius de illo dicat.

## CAPUT XXVIII.

*De sex duplicibus.*

Sex vero sunt duplicia, quia aliquando in verbo et actu, ut cum eum amabiliter alloquitur<sup>347</sup>, et interim ei aliquid operatur, ut cum sermonibus blandis, cum servitio quod ei facit, extorqueat ab eo quod quaerit. Aliquando in verbo et visu, ut cum alium rogat ut eum secum aspiciat, dicens: *Putasne, iste ita vel ita ageret, nisi talis vel talis esset?* Aliquando in verbo et auditu, ut cum prope illum residet, et ad alium loquitur qui ex alia sui parte sedet, et tamen attente auscultat quid ille posterius dicat. Aliquando in actu et visu, ut cum aliqui agit, ne advertatur dum eum aspiciat, sed credatur semper intendere operi quod facit. Aliquando in actu et auditu, ut cum ante eum vadit, et venit, auscultando ea quae dicit<sup>348</sup>. Aliquando in visu et

## VARIAE LECTIONES.

<sup>336</sup> Jactat se esse non indignum *ms Vict. et Edit. Col. 1575* jactat inde se esse dignum <sup>337</sup> Ostendit: aut ipsam *ms Corb.* ostendit ne ipsam *Edit. Col. 1575* ostendit: nec ipsam <sup>338</sup> Sed duplicia *mss* sex duplicia <sup>339</sup> Tanto excellentia *ms Vict.* tanto extollentia <sup>340</sup> Operis excellentia *mss* operis extollentia <sup>341</sup> Se jactat dignum *mss* se jactat dignam <sup>342</sup> Cum hac se *ms Corb.* cum his se <sup>343</sup> Te alienus et *ms Corb.* te alienum et <sup>344</sup> Judicio aliquo *ms Vict. et Edit. Col. 1575* indicio aliquo <sup>345</sup> Quo ille intendat *ms. Vict.* quo ille tendat <sup>346</sup> Attente auscultat *ms Vict. et Edit. Col. 1575* intente auscultat <sup>347</sup> Cum ei amabiliter loquitur *ms Vict. et Edit. Col. 1575* cum eum amabiliter alloquitur <sup>348</sup> Auscultando ea quae dicit *ms Vict. et Edit. Col. 1575* auscultare ea quae dicit

auditu, ut cum curiose ea quæ agit considerat, et A studiose quæ dicit auscultat, ut per hoc secreta quæ quærit agnoscat,

#### CAPUT XXIX.

##### *De quatuor triplicibus.*

Quatuor autem sunt triplicia, quia aliquando est in verbo, actu et visu, ut cum aliquis enumerat, et mensurat, et considerat, quantum sol et luna distent a terra, quam magna sint ipsa luminaria. Aliquan-<sup>o</sup> in actu, visu et auditu, ut cum aliquis se occultat causa videndi et audiendi aliorum secreta <sup>349</sup>. Aliquando in visu, auditu et verbo, ut cum aliquis juxta vias sedet, ut videat transeuntes, audiat et interroget rumores. Aliquan lo in auditu, verbo et actu, ut cum causa audiendi et interrogandi futura, dæmonibus sacrificat.

#### CAPUT XXX.

##### *De uno quadruplici.*

Unum vero est quadruplex, quia aliquando est in visu, auditu, verbo et actu, ut cum aliquis intuetur et auscultat quosdam, quos consiliari conspicit, et de quibus suspicatur aliquid mali, ut et consilium eorum quoquo modo agnoscere possit, accedens ad eos quærit an viderint aliquid quod se circa eos perdidisse fingit, et interea inspicendo et auscultando circa eos quærit quod nusquam perdidit.

#### CAPUT XXXI.

##### *De octo et viginti generibus curiositatis.*

Item curiositatis genera sunt viginti et octo, e quibus tria sunt simplicia, novem duplicia, decem C triplicia, quinque quadruplicia; unum vero ex quinque partibus constat.

#### CAPUT XXXII.

##### *De tribus simplicibus.*

Tria sunt simplicia, quia aliquando curiositas est in solo gustu, ut cum defertur piscis alicui pisci comedenti; et priusquam ipsa consumpserit, degustat ejus saporis sit piscis. Aliquando in olfactu, ut cum eum naso suo apponit ut sciat ejus odoris sit. Aliquando in tactu, ut cum aliquis pannum novum videns, contrectat, solummodo ut sciat utrum sit asper vel lenis, grossus an subtilis.

#### CAPUT XXXIII.

##### *De novem duplicibus.*

Novem vero sunt duplicia, quia aliquando est in gustu et visu, ut cum quis degustat ferculum sibi appositum, antequam consumpserit primum; et interim considerat si is qui residet juxta eum, melius habeat ferculum. Aliquando in gustu et verbo, ut cum illud degustat, et an pipere conditum sit, in-

terrogat. Aliquando in gustu et olfactu, ut cum degustat et olfacit. Aliquando in gustu et tactu, ut cum gustu scire quærit an sit sapidum; et tactu, an sit calidum, frigidum vel tepidum. Aliquando in olfactu et visu, ut cum aliquis, dum legit, herbam juxta se <sup>350</sup> incognitam invenit; et a legendo cessans, eamque naso suo apponens, olfacit; deinde intuens, eam studet agnoscere quæ sit. Aliquando in olfactu et verbo, ut cum eam olfaciens, quærit ab alio quæ sit. Aliquando in olfactu et tactu, ut cum eam olfacit et contrectat, ut sciat utrum sit mollis an dura, lenis vel aspera <sup>351</sup>; quod totum non ideo facit ut sibi necessaria sit; sed tantum ut sciat quæ vel qualis sit <sup>352</sup>. Aliquando in visu et tactu, ut cum aliquis veniens ante mensam ubi pransurus B est, mox sublevata mappa qua panis est coopertus, intuetur an sit candidus <sup>353</sup>; et eum contingit, ut sciat an sit calidus. Aliquando in verbo et tactu, ut cum eum non discooperit, sed interrogat an calidus, vel ex quo tempore coctus sit; et eum coopertum contingit et premit, ut sciat an sit calidus.

#### CAPUT XXXIV.

##### *De decem triplicibus.*

Decem vero sunt triplicia, quia aliquando est in visu, et in verbo, et in gustu, ut cum alicubi quis residens <sup>354</sup>, et ante se potum cypho deferri videns, statim assurgit, et intuens ejus coloris sit, quærit etiam quis potus sit, et degustat an bonus sit. Aliquando in visu, verbo et olfactu, ut cum eum non degustat, sed olfacit, et interrogans considerat qualis sit. Aliquando in visu, verbo et tactu, ut cum alicui comedenti defertur cibus inter duas scutellas, et antequam finierit quod prius comedebat, scutellis apertis qualis ille sit cibus considerat, et an bene sit coctus investigat, et eum contingit ut an calidus seu frigidus sit, agnoscat. Aliquando in visu, et gustu, et olfactu, ut cum de eo nihil interrogat, nec eum contrectat, sed et curiosus eum videre, et eum degustat et olfacit <sup>355</sup>. Aliquando in visu, et gustu, et tactu, ut cum de eo nihil inquirit, nec eum olfacit, sed cum curiositate videndi eum degustat, et contrectat causa quam dixi. Aliquando in visu, et olfactu, et tactu, ut cum de eo nihil inquirit, nec eum degustat, sed tantum intuetur, olfacit atque contrectat, D Aliquando in verbo, et gustu, et olfactu, ut cum aliquis convivantibus supervenit, et an cibi et potus quos habent, sint boni, requirit, et quosdam degustans, alios olfacit. Aliquando in verbo, gustu et tactu, ut eum non olfacit eos, sed panem contrectat, aut alios cibos; et gustando quosdam, quærit de aliis. Aliquando <sup>356</sup> in verbo, olfactu et tactu, ut

#### VARIÆ LECTIONES.

<sup>349</sup> Aliquorum secreta *ms Vict. et Edit. Col. 1573* aliorum secreta <sup>350</sup> Herbam apud se *ms Corb. et Edit. Col. 1573* herbam juxta se <sup>351</sup> Levis vel aspera *mss lenis vel aspera* <sup>352</sup> Sed tantum ut sciat quæ vel qualis sit. *Desunt hæc in Edit. Col. 1573.* <sup>353</sup> Intuetur an sit calidus *ms et Edit. Col. 1573* intuetur an sit candidus <sup>354</sup> Quis residet *ms Vict. et Edit. Col. 1573* quis residens <sup>355</sup> Nihil interrogat, nec eum contrectat; sed est curiosus eum videre et eum degustat et olfacit *ms Vict. 13* nihil inquirit, nec eum olfacit, sed eum curiositate videndi eum degustat et olfacit <sup>356</sup> Cibos, et gustando quosdam, quærit de aliis. Aliquando *ms Corb. Vict. et Edit. Col. 1573* Cibos. Aliquando.

cum eos non degustat, sed olfacit, quærit et tractat. Econtra <sup>357</sup> aliquando in gustu, olfactu et tactu, ut cum de eis nihil interrogat, sed tamen degustat, olfacit et contrectat.

## CAPUT XXXV.

*De quinque triplicibus.*

Quinque vero sunt quadruplicia. Quia aliquando est in visu, et verbo, et gustu, et olfactu, ut cum aliquis deambulans in nudibus, has vel illas merces considerat, cujus hæc vel illæ pretii sint, investigat uvas, vel poma, vel alios fructus degustat, olfacit piper, vel cymium, vel alia bene olentia; hoc totum ea tantum faciens de causa, ut sciat quæ vel qualia sint ista vel illa. Aliquando in visu, et verbo, et gustu, et tactu, ut cum supra dicta facit, excepto quod nihil ibi olfacit, sed merces contrectans, volvit et revolvit. Aliquando in visu, et verbo, et olfactu, et tactu, ut cum ibi nihil degustat, sed alia facit supra dicta. Aliquando in visu, et gustu, et olfactu, et tactu, ut cum non inquit cujus hæc vel illa sint pretii, sed cætera quæ diximus facit. Aliquando in verbo, et gustu, et olfactu, et tactu, ut cum non est curiosus videre ea, quia sæpius vidit talia, sed cætera facit supradicta.

## CAPUT XXXVI.

*De ultimo genere curiositatis.*

Unum vero ex quinque partibus consistit, quia aliquando est in visu, et verbo, et gustu, et olfactu, et tactu, ut cum curiose ad hæc vel ad illa oculos convertit, et cætera omnia quæ supra diximus facit. **C** Quadraginta itaque et quatuor curiositatis sunt genera, e quibus octo sunt simplicia, quindecim duplicia, quatuordecim triplicia, sex quadruplicia, unum vero ex quinque partibus constat <sup>358</sup>. Hæc autem tam multiplex curiositas, quam et exaltatio et delectatio, de quibus superius diximus, omnes ex propria voluntate nascuntur. Nisi enim homo prius habuerit voluntatem delectandi, vel exaltandi, vel investigandi curiose quæ nulla sibi est utilitas scire, nunquam delectabitur, vel extolletur, vel curiose inutilia scrutabitur <sup>359</sup>; sed tamen horum vitiorum mala præcedit voluntas, sequuntur et ipsa, ita nascuntur ex ea, ex his vero alia omnia. Ex delectatione namque nascitur luxuria, adulterium, fornicatio, immunditia, ventris ingluvies, ebrietas et alia **D** huiusmodi vitia. De exaltatione vero inanis gloria, invidia, ira, tristitia, et avaritia, et alia similia. De curiositate autem inquietudo, susurratio, detractio et cætera alia. Omnia vero in familia propriæ vo-

luntatis existunt <sup>360</sup>; et ex sese quædam exercitum magnum <sup>361</sup> faciunt; illi voluntati, velut cuidam dominæ, obediunt.

CAPUT XXXVII <sup>362</sup>.*Similitudo inter propriam voluntatem, et adulteram reginam.*

Propria namque voluntas est velut quædam adultera regina, quæ se cuidam regi adultero conjunxit, ex quo etiam tres filios habuit. Ex his vero <sup>363</sup> tribus tot alii filii et nepotes sunt geniti, ita <sup>364</sup> multiplicati, ut numerari non possint. Omnes autem in familia illius regis et reginæ consistunt, eorumque jussa quisque suo modo perficiunt. Rex itaque <sup>365</sup> cum regina ista eundem alii regi adversatur, collectoque filiorum et nepotum exercitu, regnum illius aggressum prædatur. Hic autem exercitus sic servos illius regis invadit, ut aut plures plures, aut unus unum, aut plures unum, aut unus plures aggrediatur. Quoscumque vero devincere possunt, vinctos et abductos in carcerem trahunt, exigentes ab eis quantum nunquam persolvere possunt, sed omnibus affecti miseriis, in carcere illo deficiunt. Hæc autem regina <sup>366</sup>, propria est voluntas omnium inobedientium domina. Quæ ideo vocatur adultera, quia separatur a Deo, cui esse deberet conjuncta; et diabolo conjungitur, a quo deberet esse disjuncta. Ipse vero diabolus idcirco rex dicitur et adulter, quia in hominibus regnans per voluntatem propriam, animabus eorum, Dei videlicet sponsis, abutitur. Cui se postquam propria voluntas junxerit, ex illius semine, id est perversa suggestionem, tria principalia ejus vitia <sup>367</sup>, scilicet delectationem, extollentiam, curiositatem concipit; et per quinque corporis sensus, velut ea pariens, emittit. Ex his vero tribus tot alia vitia nascuntur, sicque multiplicantur, ut absque numero habeantur. Omnia vero ex familia diaboli propriæque voluntatis existunt; et ex seipsis quamdam admirandam multitudinem reddunt. Diabolus itaque propriæque voluntas Deo Regi regum adversatur; et congregata vitiorum militia, regnum illius, scilicet hunc mundum, aggredientes, prædantur. Hæc autem militia <sup>368</sup> sic humanum genus invadit, ut aut plura vitia plures homines, aut unum unum, aut plura unum, aut unum plures, diversis modis accipiant. Quemcumque vero superare possunt, mala consuetudine ligatum in infernum detrudunt. Ubi ab eo unumquodque vitium exigit quidquid unquam per illud commisit. Quod quia nunquam persolvere poterit, nec ei miseria unquam deerit.

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>357</sup> Sed olfacit, quærit et tractat. Econtra *ms Vict. et Edit. Colon. 1575* sed olfacit. Econtra <sup>358</sup> Ex partibus consistit quinque *mss* ex quinque partibus consistit: <sup>359</sup> Nunquam delectabitur vel extolletur vel... scrutabitur *ms Vict.* nunquam delectabitur, vel exaltabitur vel... scrutaretur <sup>360</sup> Voluntatis existant *ms et Edit. Colon. 1575* voluntatis existunt <sup>361</sup> Exercitum magnum *ms Vict. et Edit. Col. 1575* exercitum magnum <sup>362</sup> In *ms A.* 1 item tractatus ejusdem Anselmi Cantuariensis Archiepiscopi, de propria voluntate. <sup>363</sup> In his vero *mss et Edit. Col. 1575* Ex his vero <sup>364</sup> Itaque quoque *mss et Edit. Col. 1575* *omitt.* quoque <sup>365</sup> Rex autem *mss et Edit. Col. 1575* Rex itaque <sup>366</sup> Hæc autem Regina *ms. A. 1* hæc itaque Regina <sup>367</sup> Tria principalia ejus vitia *mss* tria principalia ejus vitia <sup>368</sup> Hæc autem familia *ms et Edit. Colon. 1575* hæc autem militia

## CAPUT XXXVIII.

*Similitudo inter propriam voluntatem, et venenosam herbam.*

Rursus propria voluntas cuidam herbæ venenosæ atque mortiferæ assimilatur <sup>369</sup>; quam medicus quidam peritissimus progeniei cujusdam, primis scilicet parentibus, interdixit, comminans eis quia si <sup>370</sup> ex ea comederent <sup>371</sup>, leprosi effecti procul dubio interirent. At illi præceptus ejus obedire noluerunt, sed ex eadem herba comederunt; unde et leprosi effecti, leprosos quoque filios genuerunt, atque, ut medicus eis comminatus fuerat, mortui sunt. Quorum filii, licet patres suos agnoverint herba illa infirmatos fuisse et mortuos, seque ipsos lepra percussos et mortuos <sup>372</sup>, eandem tamen herbam super omnes alias diligunt, indeque cibos universos suos conduunt. Mane quoque surgentes <sup>373</sup> ex eadem quasi pro medicamento accipiunt, sed et somnum <sup>374</sup> sero capturi, similiter faciunt. Illi igitur quam sint dementes, omnis qui audit, advertere potest. Sed nec minus dementantur, qui propria voluntate utuntur, ipsa est etenim herba diaboli, venenosa suggestione venenata, et omnibus ea utentibus pestifera. Hanc Deus, qui nostris pie medetur peccatis, primis humani generis parentibus interdixit, cum eos comedere pomum sub mortis comminatione prohibuit. Qui quia præceptum ejus transgressi ex eo comederunt, mox peccatores effecti, et in anima mortui, postquam alios peccatores genuerunt <sup>375</sup>, et ipsi carne mortui sunt. Homines tamen eandem voluntatem præ cæteris diligunt, et eam immiscent omnibus pene quæ agunt. Nihil itaque istis dementius qui nihil utuntur sua morte libentius.

## CAPUT XXXIX.

*Ostensio quomodo propriæ voluntati omnia vitia ministrent <sup>376</sup> seu deserviant.*

Huic denique propriæ voluntati, postquam suam in homine sedem constituerit <sup>377</sup>, alia vitiorum genera serviunt, quasi milites terras tenentes, alia velut pro solidatis militantes. Illa etenim <sup>378</sup> vitia quasi terras tenentes, ei obediunt, quæ pro seipsis in hominibus consistunt, ut adulterium. Qui enim adulteratur, hoc ea solum facit de causa, quia eum vitium ipsum delectat. Illa vero serviunt ei, velut militantes pro solidatis, quæ sunt in homine, pro aliis vitiis <sup>379</sup>: ut cupiditas pretiosarum vestium pro gloria inani. Nemo enim pretiosas vestes nisi ad inanem gloriam quærit. Item vitium aliquando huic, aliquando illi vitio servit, ut avaritia aliquando ventris ingluviei, aliquando exaltationi. Rursus,

aliquando alterum alteri cedit, ut luxuria gloriæ inani. Aliquando enim luxuria repellitur, ne laus concupita perdat. Omnia vero, sive hoc, sive illo modo, propriæ voluntati diaboloque famulantur <sup>380</sup>, e quibus in homine tribus modis procreata nascuntur <sup>381</sup>. Diaboli enim suggestione, et carnis delectatione, spiritusque consensu, unumquodque vitium consummatur.

CAPUT XL <sup>382</sup>.

*Similitudo inter suggestionem, delectationem, consensum et canem.*

Ex his igitur tribus (suggestione videlicet, delectatione et consensu) suggestio est velut canis ponderosus; delectatio, ut levis et acer catulus; consensus autem, quasi canis fortis et immensus. Ponderosus etenim canis, cum quempiam juxta se transeuntem audierit, semel vel bis post eum latrans, statim quiescit, si tamen ille viam suam in directum tenuerit. Si vero respiciens instigaverit eum, canis quoque latrans, licet non mordeat, insequitur eum. Catulus levis et acer, instat acriter; et nisi cito percussus fuerit, acius mordet. Fortis vero canis et immensus, et fortiter instat; et nisi magna vi obruatur, hominem strangulat. Quare ponderosus canis non est respiciendus, catulus vero mox percipiendus, canis vero immensus viriliter obruendus. Similiter autem si peccati suggestio animum pulsat, qui ab amore præsentium tendit ad æterna, mox eum deserit, si intentionem suam tenuerit firmiter. Si autem ad eam attendens in se receperit, et cogitando quasi eam incitando revolvent, et ipsa sæpius eum infestat, quamvis non vulneret, dum est suggestio sola. Sed si diutius eam replicaverit, ponderosus canis in catulum transit, id est suggestio in delectationem, quæ acriter instat, et nisi cito rejiciatur, animam vulnerat. Quare mox ut venire cœperit, debet eam repellere anima sponsa Christi, cogitans quia magna est ignominia illi ut in ejus conspectu appareat foedata delectatione tam turpi. Nisi eam repulerit delectationem, catulus transit in immensum canem, id est delectatio in consensum transit; qui arripens animam, eam nisi magna vi obruatur, occidit. Sed mox, ut cœperit attentare <sup>383</sup>, debet eum anima <sup>384</sup> magna vi obruere, id est immenso terrore mortis æternæ in se destituere. Suggestioni ergo ne attendamus, delectationem mox reprimamus, consensum fortiter obruamus. Sicque cor nostrum studeamus custodire, ut nec una <sup>385</sup> superflua cogitatione diabolum illud valeat violare.

## VARIE LECTIONES.

<sup>369</sup> Assimilatur et comparatur *mss et Edit. Col. 1573 omittunt et comparatur* <sup>370</sup> Comminatus eis qui si *mss* comminatus eis quia si <sup>371</sup> Ex ea comederent *ms Vict. ex ea comederint* <sup>372</sup> Percussos et mortuos *mss Gem. Bec. A. 1 et Edit. Col. 1573 percussos et mortuos* <sup>373</sup> Mane surgentes *mss et Edit. Colon 1573 mane quoque surgentes* <sup>374</sup> Et somnum *mss et somnum* <sup>375</sup> Alios peccatores genuerunt *ms Vict. alios genuerunt* <sup>376</sup> In *ms Vict. Quomodo omnia vitia propriæ voluntati ministrent* <sup>377</sup> Sedem constituerit *ms A. 1 et Edit. Col. 1573 sedem construxerit* <sup>378</sup> Ille etenim *mss et Edit. Col. 1573 illa etenim* <sup>379</sup> Præ aliis vitiis *manuscript. pro aliis vitiis* <sup>380</sup> Diabolo quæ famulantur *ms A. 1. diaboloque famulantur ms Vict et Edit. Col. 1573 diabolo quoque famulantur* <sup>381</sup> Procreata nascuntur *ms Vict. peccata nascuntur* <sup>382</sup> In *ms A. 1 omittitur.* <sup>383</sup> Attentare *mss Vict. et Edit. Col. advertare* <sup>384</sup> Debet cum anima *mss debet eum anima* <sup>385</sup> Ut neque una *ms Vict. et Edit. Col. ut nec una*



## CAPUT XLI.

*Similitudo inter cor humanum et molendinum.*

Cor etenim nostrum simile est molendino semper molenti, quod dominus quidam cuidam servo suo custodiendum dedit, præcipiens ei ut suam tantum annonam, videlicet frumentum, vel hordeum, vel etiam avenam, in eo molat<sup>386</sup>, et ex eodem<sup>387</sup> quod moluerit, ipse vivat. Verum illi servo quidam inimicatur, qui huic molendino semper insidiatur; qui si quando illud vacuum invenerit, aut arenam ibi statim projicit quæ illud dissipat, aut picem quæ conglutinat, aut aliquid quod fœdat, aut paleam quæ tantum illud occupat. Servus igitur ille<sup>388</sup> si molendinum suum bene custodierit, dominique sui tantum annonam in eo moluerit, munda ex eo farina egreditur juxta genus annonæ quæ intus molitur. Ex eodem autem quod moluerit, et domino suo servit, sibi que ipsi victum acquirit. Si vero inimicum suum violare molendinum suum permiserit, mala ex eo farina procedit, quia mala est annona quam molit. Hæc autem farina, et vehementer displicet domino illi, nec servus ex ea sibi victum, sed famem conquirit. Hoc itaque molendinum semper aliquid molens, cor est humanum, assidue aliquid cogitans. Hoc Deus unicuique homini servandum tradidit, jubens ut in eo volvat<sup>389</sup> illos tantum cogitatus<sup>390</sup> quos ipse suggerit. Quorum cogitatum alii ut frumentum, alii ut hordeum, alii ut avena sunt. Puri quippe ut frumentum sunt, quos anima replicat, cum in contemplatione posita purè de Deo cogitat. Hi autem hordeo assimilantur qui de virtute in virtutem, quasi per quosdam labores, ascendere meditantur. Hi etenim, licet sint boni, minus tamen superioribus sunt perfecti. Illi vero sunt ut avena, quibus homo intendit sua deserere vitia; boni namque sunt et isti, sed tamen imperfectiores prædictis. Hos itaque omnes vult Deus ut homo toto corde revolvat, et ex eisdem sibi victum æternum acquirit. Sed quia homini semper adversatur diabolus, et semper insidiatur cordi illius, quod si aliquando vacuum bonis cogitationibus invenerit, statim replet, si potest, malis. Harum autem malarum, aliæ cor dissipant, ut iræ et invidiæ. Aliæ conglutinant et coinquinant, ut gastrimargiæ et luxuriæ. Aliæ tantum occupant, ut vanæ non<sup>391</sup> nimis nocivæ. Hic igitur homo, si cor suum bene custodierit, sanctosque cogitatus in eo revolvat, munda per os verba, velut per foramen molendini, emittuntur; mundus per oculos visus, mundus per aures auditus, mundus per os gustus, mundus per nares odoratus, mundus per totum corpus

A tactus, secundum genera cogitationum mundarum quæ intusvolvuntur. Ex his autem cogitationibus mundis, et Deo eas cogitando deseruit, et æternam sibi vitam acquirit; si vero diabolus cor suum corrumpere permiserit, mox vitia per sensus progrediuntur, juxta genera cogitationum malarum quæ intusvolvuntur. Hæc autem et Deo vehementer displicent, nec homo ex eis victum sibi acquirit, sed mortem. Cum enim ad finem quisque pervenerit, quantum boni vel mali nunc moluerit, tantum ad vitam vel mortem sibi præparatum inveniet. Verum sciendum<sup>392</sup> quia horum molentium, id est in hac vita laborantium, tria genera sunt.

## CAPUT XLII.

*Similitudo inter molentes et laborantes.*

B Hæc autem tria genera<sup>393</sup> velut tres sunt homines, de mane usque ad vespertam manu molentes. Horum itaque primus quidquid molit in saccum suscipit et abscondit. Alter vero partem capit, partem in flumen negligentia cadere permittit, partem vero ventus rapit. Tertius autem quidquid molit, in petus fluminis secum tollit vel ventus dissoivit. Veniente vespera, quando a labore cessatur, et tructus laboris inquitur, quid putas singulos habituros? Qui farinam totam reservavit, totum laborem suum bene recognovit. Qui vero partem collegit, inde lætatus est quod habuit; inde autem mœstus est, quod vento aut in flumine amisit. Qui vero totum amisit, eo tristior est. Flumen pro sæculi decursu accipitur, vento vero gloria designatur inanis; molendinum quod tota die molit, præsens labor hujus<sup>394</sup> sæculi, qui a mane usque ad vespertam nunquam finit. Mane nobis erat quando nati sumus, vespera vero erit quando per mortis debitum hinc transibimus. Tempus itaque præsens dies est quo laborare debemus, unde in vespera vivamus. Et sicut molit, circum circa ducta, ad eundem semper locum revertitur, sic labor iste singulis annis more solito reiteratur. Modo namque aratur, seminatur, metitur, panificatur, comeditur quod iterum ad idem revertitur. In vespera ergo, quando dicitur: *Voca operarios, et redde illis mercedem suam* (Matth., xx, 8), lætabuntur justi, tota farina servata, id est vita sua. Alii vero qui non eam totam servaverunt, in hoc mœsti erunt; læti tamen, quod ex parte laboris sui Deum recognoverunt. Verum alii qui omne tempus suum in vanitate ponunt, et quod faciunt non ab humana laude abscondunt, quasi omne studium vitæ suæ in decursum fluminis projiciunt, farinamque suam vento committunt; unde et in fine, pane vitæ æternæ<sup>395</sup> carebunt. Væ illis!

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>386</sup> In ea molat mss in eo molat <sup>387</sup> Ut ex eodem mss A. 1 et Vict 13 et Edit. Colon. et ex eodem <sup>388</sup> Servus autem ille mss et Edit. Colon. Servus igitur ille <sup>389</sup> Ut in eo molat mss ut in eo volvat <sup>390</sup> tantum cogitans mss tantum cogitatus <sup>391</sup> Ut vanæ gloriæ non mss A. 1 et Vict. 13 ut vanæ non <sup>392</sup> In ms A. 1 incipit § ab his verbis: verum sciendum, etc. <sup>393</sup> Hæc autem tria genera, velut ms Vict. et Edit. Col. hæc autem velut <sup>394</sup> Præsens labor hujus mss præsens est labor hujus <sup>395</sup> Penæ vitæ æternæ ms Vict. vane æterno

## CAPUT XLIII.

*Quod bonitas cujusque fidelis Deo et omnibus bonis sit utilis* <sup>396</sup>.

Eo diligentior ad studium bonitatis quilibet efficitur, quo fructus uberius inde provenire probatur. Sciendum itaque est quod bonitas cujusque omni creaturæ est utilis et bona, exceptis dæmonibus et damnatis hominibus. Deo etiam, qui nullius est indigens, quadam ratione prodesse videtur. Homini- bus est utilis : quando enim ex vitæ merito quis ad æternam beatitudinem pervenit, numerus electorum incrementum accipit. Qui quanto amplius creverit, tanto minus æterna retributio expectanda erit. Nam cum numerus ille sanctorum completus fue- rit <sup>397</sup>, retributio justorum mox accipienda erit, tunc quidem in corporibus quam jam habent in ani- **B** mabus. Si autem unusquisque fidelis, mox ut hanc vitam deserit, corpore simul et anima æternam bea- titudinem consequeretur, omnis qui hoc videret ejus sequi sanctitatem compelleretur; itaque meritum fidei quodammodo videretur evacuari. Bonis itaque utilis est, his qui cum Deo sunt, quia eorum meri- tum suâ præsentia auget : et illis qui in præsentia vita sunt, et adhuc <sup>398</sup> futuri sunt, prodest, quia locum in illo cœtu beatorum implet, qui nullo modo in fine vacuus esse potest. Facit etiam aliud; ma- **C** litiam perversorum <sup>399</sup> siquidem exemplo suæ boni- tatis restringit <sup>400</sup>. Soli ac lunæ bonus homo, cæte- risque creaturis est utilis, quia in consummatione justorum commutabitur in melius quidquid est omnium creaturarum. Sol quippe, sicut propheta ait : *Septempliciter lucebit, ut lux septem dierum; et luna erit sicut sol* (*Isai. xxx, 26*). Aliæ creaturæ, licet pulchræ sint, mutabuntur in melius, cum illas Deus mutabit in statum exinde non commutandum. Angelis quoque bonus homo utilis est, quia se om- nibus illis amicum facit. Qui enim mihi amicum acquireret, qui me tanquam seipsum diligeret, et quem ego tanquam meipsum amarem, magnas ei gratias deberem. Quisquis ergo bonus studuerit esse, in honorum amicitiam transibit, ita ut unum- quemque tanquam seipsum amabit, et omnes eum eodem modo charum habebunt. Tantus enim amor tantaque concordia inerat omnibus, ut omnes amici unius, sint amici et alterius. Qualiter autem bonus **D** etiam Deo sit utilis videamus. Omnipotens Deus civitatem quamdam magnam et admodum spatio- sam <sup>401</sup> ad suam gloriam ædificavit, quam copiosa

A civium <sup>402</sup> multitudine replevit. Quorum nonnulli, cum propriam voluntatem potius elegerunt facere quam sub voluntate et ordinatione Dei remanere, miserabiliter corruerunt, et domus et ædificia magna et spatiosa ex parte vacua remanserunt. Ut igitur aliquis qui urbem magnam fieri ordinasset, qui multa in ea palatia construxisset, multasque man- siones ad urbis ædificationem fecisset, sed habita- tores non haberet, et omnes quoscunque potuisset, ad se invitasset; sic facit Dominus Deus <sup>403</sup>. Omnes enim, ut ad se veniant, et ut sibi ad suæ civitatis ædificationem subveniant, precat, admonet, invi- tat, bonas leges pollicens, pacem et securitatem promittens.

## CAPUT XLIV.

*Commendatio superne Hierusalem.*

Ibi namque jura legum immobilia, optime con- suetudines, ibi cives non ex timore alicujus sævis occultant opes, imo gaudent dum palam omnibus apparent. Nullus siquidem ibi incursus malorum, pestis nulla, violentia omnisque rapina procul inde remota. Præterea locus amœnus et magna dulcedine relectus; domus paratæ, ædificia ampla, diversi generis mansiones. Unde et ipse Dominus : *In domo, ait, Patris mei mansiones multæ sunt.* Et propheta Baruch : *O Israel, quam magna est domus Dei, et quam ingens locus possessionis ejus!* (*Baruch. iii, 24.*) Magnus, et non habet consummationem, excelsus et immensus. Tenebræ ibi nullæ, luce indeficiente circumlucente; infirmitas nulla, sanitas indefessa, nihil incommodi, omnia ad votum. Ad hanc itaque ædificationem invitat nos Dominus, dicens : *Ven te ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos* (*Matth. xi, 28*). Qui ergo venire voluerit, Dei procul dubio quodammodo adiutor erit. Unde Apostolus : *Dei adiutores sumus, Dei ædifica- tio estis* (*I Cor. iii, 9*). In bonitate ergo quicumque steterit, non solum sibi et omni creaturæ utilis erit, sed etiam ipsi suo et omnium Conditori, ut diximus, beneficium præstabit. Hæc enim civitas sancta, cui se sponte associavit <sup>404</sup>, si vel unus homo defuerit bonus, nunquam perficietur.

## CAPUT XLV.

*Quod bonitas boni hominis damnatis et dæmonibus sit inutilis* <sup>405</sup>.

Notandum etiam quod, sicut bonitas hominis boni omnibus est ad <sup>406</sup> lætitiæ incrementum, sic dæmo- nibus et hominibus damnatis est ad <sup>407</sup> detrimendum;

## VARIAE LECTIONES.

<sup>396</sup> In ms Vict. et Edit. Col. Quod bonitas cujusque fidelis Deo et omnibus bonis sit utilis <sup>397</sup> Ille scilicet sanctorum completus fuerit ms Vict. et Edit. Colon. ille sanctorum impletus fuerit <sup>398</sup> in præsentia vita sunt et adhuc ms Vict. et Edit. Col. impræsentiarum sunt vel adhuc <sup>399</sup> Militiam perversorum ms Vict. et Edit. Col. malitiam perversorum <sup>400</sup> Siquidem, exemplo, suæ bonitatis restringit ms Vict. et Edit. Colon. siquidem excludit exemplo suæ bonitatis <sup>401</sup> Admodum speciosam ms Corb. Vict. et Edit. Col. Admodum speciosam <sup>402</sup> Quam speciosa civium ms Vict. et Edit. Col. quam copiosa civium <sup>403</sup> Sic facit Dominus Deus : ms Vict. et Edit. Col. sic facit Deus : <sup>404</sup> Et omni et creaturæ mss. et Edit. Col. et omni creaturæ cui sponte associavit ms Corb. et Edit. Col. cui se sponte associavit <sup>405</sup> Quod bonitas ho- minis, damnatis et dæmonibus sit inutilis ms Vict. et Edit. Col. Quod bonitas boni hominis damnatis, et dæmonibus sit utilis <sup>406</sup> Omnibus est ad ms Vict. et Edit. Col. hominibus est ad <sup>407</sup> Damnatis est ad ms Vict. et Edit. Col. damnatis erit ad

dæmonibus namque et hominibus damnatis, sanctorum consummatio erit interminabilis luctus et æterna damnatio. Nam cum isti <sup>408</sup> obtinebunt corporis et animæ gaudium sempiternum, tunc similiter et illi ibunt in supplicium æternum. Quod quia dæmones non latet, modis omnibus laborant sanctorum incrementum impedire. Quoniam quidem, donec ultimus illorum eis associetur, non includuntur, sed habent potestatem tentandi electos Dei, quatenus qui probati inventientur digna remuneratione coronentur; victi vero atque reprobi perenniter puniantur. Vigilemus ergo, ut Salvator admonet, quia *adversarius noster circuit, quærens quem devoret* (I Petr. v, 8). Illum autem devorat quem sua suggestione in malis actibus indurat. Notandum etiam quod qui bonis alterius arridet, sanctis consentit; qui vero invidet, diabolis. **B** Siquidem magis puto ejus salvationem sperandam qui parum boni facit et benefactis aliorum favet quam illius qui multa facit et invidet. Is etenim cui benefacta aliorum placent, si damnatus etiam esset, juste taliter conqueri posset: O vos sancti, semper de vestra justitia juste lætatus fui. Itaque, si beatitudinis vestræ particeps non fuero, inde damnationem accipiam <sup>409</sup> unde semper gaudebam.

#### CAPUT XLVI.

*De similitudine inter Deum et quemlibet regem suos judicantem* <sup>410</sup>.

Inter salvandos autem <sup>411</sup> et damnandos sic Deus discernit quomodo rex quidam inter fideles et infideles imperii sui. Hic itaque rex, præparato ex una parte quodam convivio <sup>412</sup> magno et ex alia parte **C** quodam carcere tenebroso, disposuit quia quoscunque <sup>413</sup> sibi fideles poterit comprobare, postquam omnes congregati fuerint, faciet simul discumbere; quoscunque autem sibi infideles esse convincere poterit, postquam et ipsi fuerint congregati, in tenebrosum illum carcerem simul faciet detrudi. Omnes itaque ad se invitat <sup>414</sup>, ut quis sit fidelis quisve infidelis agnoscat. Horum autem fidelium et infidelium, qui omnes invitantur, alii præcedunt, alii subsequuntur. Fidelium igitur cuicumque, ut venerit, postquam vere esse fidelis comprobatus fuerit, datur mistum in terea cibi, donec conveniant omnes qui cum ipso sunt cœnaturi, ut simul incipiant omnes epulari. Infidelium autem, ut <sup>415</sup> venerit quisque, postquam convictus **D**

fuerit infidelis esse, flagellatur interim, usquequo congregentur et alii qui cum eo in carcerem sunt detrudendi, ut simul in eo incipiant omnes cruciari. Mox ergo ut fuerint omnes congregati, et fideles vel infideles esse fuerint comprobati, hi simul <sup>416</sup> omnes in convivium collocati, satiantur <sup>417</sup>, illi vero <sup>418</sup> in carcerem trusi, fame et siti moriuntur. Hic igitur rex ipse Deus est, qui sic discernit inter bonos et malos mundi istius. Ipse etenim, præparato hinc paradiso et hinc inferno, constituit quia quoscunque sibi fideliter obsequentes invenire poterit, postquam omnes, ad eum ex hoc sæculo transeuntes, fuerint congregati, simul omnes in paradiso in <sup>419</sup> corpore et anima collocabit. Quoscunque vero reperire poterit præceptis suis resistentes, postquam ipsi convenierint, omnes simul in infernum horribiliter cum diabolo detrudet. Omnes itaque per prædicatores suos ad se invitat, ut quomodo sibi quisque velit obedire agnoscat. Verum ejus præceptis alii obediunt, alii vero resistunt. Utrorumque autem alii prius, alii morientes posterius <sup>420</sup> ejus examini representantur. Quicumque itaque ei obediens fuisse comprobatur, requies ei (sed in anima sola) interim datur. Quicumque vero de inobedientia vincitur, et ipse in anima sola cruciatur. Postquam autem omnes mortui, et, ut dictum est, sigillatim exanimati <sup>421</sup> fuerint, finitoque sæculo cunctisque resuscitatis, illud etiam generale iudicium peractum fuerit, boni omnes, in cœlum translati, in anima simul et corpore lætabuntur; mali vero, in infernum detrusi, et ipsi in anima simul et corpore torquebuntur. Et sicut boni perfectam corporis et animæ beatitudinem tunc primum obtinebunt, sic et mali e contra perfectæ miseræ corporis et animæ tunc primum subiacebunt <sup>422</sup>.

#### CAPUT XLVII.

*De quatuordecim beatitudinibus corporis et animæ.*

Multi homines <sup>423</sup> (quibus nonnunquam boni mores et justa opera proponuntur, ut se in eis, sæculi postposita vanitate, exerceant admonentur) inquirere solent quamobrem, quo præmio, qua retributione. Respondetur itaque illis quod scriptum est: *Quia nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit quæ præparavit Deus diligentibus se* <sup>424</sup> (Isai LXIV, 4; I Cor. II, 9). Quod, cum illi non clare

#### VARIÆ LECTIONES.

<sup>408</sup> Nam cum isti *ms Vict.* nam cum justis <sup>409</sup> Damnationem non accipiam *mss et Edit. Col.* damnationem accipiam <sup>410</sup> De similitudine inter Deum et aliquem regem, suos judicatuos. *mss et Edit. Col.* de similitudine inter Deum et quemlibet reges suos judicantem <sup>411</sup> Inter salvandos siquidem *ms A. 1* Inter salvandos autem <sup>412</sup> Quodam convivio *ms Vict. et Edit. Col.* omittunt quodam <sup>413</sup> Quod quoscunque *mss et Edit. Col.* quia quoscunque <sup>414</sup> Adinvitat *ms A. 1. Vict. et Edit. Col.* ad se invitat <sup>415</sup> Infidelium ut *ms A. 1* Infidelium autem ut <sup>416</sup> Hi, scilicet, simul *ms A. 1 et Edit. Col.* hi simul <sup>417</sup> Collati satiantur *ms A. 1 et Edit. Col.* collocati satiantur *ms Vict.* collocati sociantur <sup>418</sup> Illi vero, scilicet infideles, in *ms Vict. et Edit. Col.* illi vero, in <sup>419</sup> In paradiso, in *ms Vict. et Edit. Col.* in paradiso in <sup>420</sup> Alii moriuntur posterius *mss* morientes posterius <sup>421</sup> Sigillatim examinati *mss* Sigillatim exanimati <sup>422</sup> Torquebatur. *ms A. 1* torquebantur. Et sicut boni perfectam corporis et animæ beatitudinem tunc primum obtinebant: sic et mali e contra perfecte miseræ corporis et animæ tunc primum subiacebunt <sup>423</sup> Multi homines, etc. *A. 1.* Quatuordecim quippe sunt beatitudinis partes, etc., quæ in sententiis quidem omnino eadem sunt ac in *Editis*; at in verbis prorsus diversa; in *mss* enim abbreviatæ sunt sancti Anselmi sententiæ de beatitudine, quas prolixius expositas legimus in excusis manuscript. Sagiense P. 16 hæc eadem brevius adhuc contraxit <sup>424</sup> Diligentibus eum *ms Vict. et Edit. Col.* diligentibus se

quid sit advertere possunt, repetitur hoc <sup>425</sup> ipsum aliis verbis, et dicitur eis: Præmium quod his qui in hac vita Deo serviunt in futura vita recompensatur, est vita æterna <sup>426</sup>, beatitudo æterna, æterna jucunditas, sufficientia simul omnium commodorum secundum voluntatem et sine omni indigentia. Hæc ergo, cum illis hoc modo dicuntur, bona quidem et magna, ut sunt, videntur; sed quia non intelligunt quid in hac vita habituri sint, nec subito quid sit omnium commodorum secundum voluntatem sufficientia et sine omni indigentia percipere possunt, hærent animo, nec multum affecti <sup>427</sup> sapore ad auditum et a sæculi vanitate <sup>428</sup> trahuntur. Quid igitur est agendum ut hæc illis aliquid quatenus sapiant et sic ad bona opera evigilent? Puerorum more cibandos æstimo eos qui, si aliquando grossum aliquod pomum edendum percipiunt, illud, ob dentium teneritudinem et oris angustiam, absumere nequeunt <sup>429</sup>, nisi pro illorum <sup>430</sup> capacitate prius fuerit <sup>431</sup> particulatim divisum. Itaque dividamus in partes magna quæ diximus, ut inde possint ad vitam nutiri, de quibus agimus. Quæ ut melius eluceant, consideremus quæ in hac vita mens avibus amet humana; et ex his, prout possumus, conjectemus illa eos habituros in vita æterna multo excellentius. Siquidem inter multimoda mundi pericula constituti, si Domini fuerint præcepta secuti, atque cum ipsa illic adepti fuerint, plenitudine <sup>432</sup> desiderii sui se nequaquam fraudatos percipient. Hæc igitur, ut prætaxavimus, faciamus et a minimis paulatim progrediamur. Quatuordecim igitur sunt beatitudinis partes, quas, finito generali examine, perfectius omnes electi habebunt; totidemque miseriæ genera, quæ mali tunc sustinebunt. Hæc autem beatitudinis partes atque miseriæ sic sibi invicem sunt omnino contrariæ quomodo et ipsi qui eas accipiunt in remuneratione.

#### CAPUT XLVIII.

*Hæc sunt quatuordecim partes beatitudinis.*

Partes vero beatitudinis sunt pulchritudo, agilitas, fortitudo, libertas, sanitas, voluptas, longævitas, sapientia, amicitia, concordia, honor, potestas, securitas, gaudium. Ista, ut æstimo, sunt, quæ propter se et propter quæ alia quæque ab hominibus appetuntur. Si autem in his aliqua sunt quæ aliquando servi Dei non modo non appetunt, sed etiam magno opere in hac vita curare subterfugunt, ut sunt, verbi gratia, pulchritudo corporis atque voluptas, utique non idcirco ea fugiunt quod hæc naturaliter nolint,

sed ne Deum in his quoquo modo possint offendere. Nam si per ea nihil offensionis in Deum contrahi posse certo sentirent <sup>433</sup>, vel se ab æternorum amorum bonorum impediri non pertimescerent, profecto jucundius in ipsis quam in eorum contrariis se deducerent.

#### CAPUT XLIX.

*Hæc sunt quatuordecim partes miseriæ.*

Partes vero miseriæ quatuordecim prælibatis beatitudinibus contrariæ, hæc sunt: Turpitude, ponderositas, imbecillitas, servitus, infirmitas, anxietas, vitæ brevitatis, insipientia, inimicitia, discordia, dedecus, impotentia, timor, tristitia. Notandum quod sicut septem priores illius beatitudinis partes ad corporis beatitudinem, septemque posteriores <sup>434</sup> ad animæ pertinent beatitudinem, sic quoque septem priores hujus miseriæ partes corporis, septemque ultimæ miseriæ perficiunt mentis. Quicumque ergo illas omnes beatitudinis partes habere poterit, perfectam corporis et animæ beatitudinem possidebit. Quemcumque vero has omnes miseriæ partes tolerare contingerit, summæ corporis et animæ miseriæ subiacebit. Verum in hac vita, nec unam illius beatitudinis et hujus miseriæ partem quisquam potest habere, nec rursus ex toto ea carere. In alia vero vita, aut perfectam habens beatitudinem miseriæ nullatenus subiacebit, aut summæ subjacens miseriæ, omnino beatitudine carebit. Quod ut totum <sup>435</sup> comprobare possimus, per singulas beatitudinis atque miseriæ partes curramus.

#### CAPUT L.

*De pulchritudine et turpitudine.*

Pars igitur prima beatitudinis est pulchritudo; et miseriæ, per contrarium, turpitude. Illam omnes habere, hac vero concupiscunt carere. Verum hic neutram habere perfectam <sup>436</sup>, vel neutra possunt carere. Quænam enim est illa speciositas hominis, quæ non sit multo minor pulchritudine flosculi <sup>437</sup>. Quis enim ut lilium candet? Quisve ut rosa rubet? Quia tamen quantulamcumque <sup>438</sup> pulchritudinem habet, nec summæ turpitudini subjacet. Non <sup>439</sup> ergo vel illam vel istam perfecte habere, nec eis in hac vita potest omnino carere. In alia vero vita perfecte alteram habebit, alteraque omnino carebit. Pulchritudo etenim bonum quoddam est, et quod naturaliter a cunctis haberi amatur. In illa siquidem vita pulchritudo justorum solis pulchritudini, qui septempler quam modo sit, splendidior erit, adæquabi-

#### VARIÆ LECTIONES.

<sup>425</sup> Reperitur hoc *ms Vict. et Edit. Col.* repetitur hoc *ms Vict. et Edit. Col.* recompensantur, vita æterna <sup>427</sup> Multum affecti *ms Vict. et Edit. Col.* multum efficaci <sup>428</sup> Et a sæculi vanitate *ms Vict. et Edit. Col.* omittunt <sup>429</sup> Absorbere nequeunt *ms Vict. et Edit. Col.* assumere nequeunt <sup>430</sup> Nisi pro illorum *ms Vict. et Edit. Col.* si pro illorum <sup>431</sup> Prius fuerit *ms Vict. et Edit. Col.* prius non fuerit <sup>432</sup> Fuerint, plenitudine *ms Vict. et Edit. Col.* fuerint plenitudinem <sup>433</sup> Certe sentirent *ms Vict.* certo sentient <sup>434</sup> Septem posteriores *mss et Edit. Col.* septemque posteriores <sup>435</sup> Quod totum ut *mss A. 1. Vict. et Edit. Col.* Quod ut totum <sup>436</sup> Verum hinc neutram habere perfectam *ms A. 1.* Verum neutrum habere perfecte *ms Vict. et Edit. Col.* Verum hic neutram habere perfectam <sup>437</sup> Flosculi? *ms A. 1. et Vict. 12* floris Dei *Edit. Col.* foris seculi <sup>438</sup> Quia tamen quantulamcumque *Edit. Col.* Quia cum quantulamcumque *ms A. 1.* Quia tamen quantulamcumque *ms Vict. 13* quæ tamen quantulamcumque <sup>439</sup> Subjacet. Non *Edit. Col.* subjacere, nec

ur. Unde scriptum est : *Fulgetunt justi sicut sol, in conspectu Dei* (Matth. xii, 45). Amplius, corpus Christi <sup>440</sup> claritati solis præluere nescio quemquam posse ambigere. Huic autem similes, teste Apostolo, erimus, qui ait : *Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ* (Phil. iii, 21). Hæc autem <sup>441</sup> auctoritate comprobata, si quis etiam velit sibi ratione probari, credo nulli debere incredibile videri justos pulchritudinem solis in illa vita, ubi mortale hoc absorbetur, tantummodo sorti, cum vere dicantur et sint templum et sedes Dei, quod nusquam in divina pagina de sole isto visibili meminimus legi <sup>442</sup>. Hæc igitur tali et tanta pulchritudine justus rutilabit. Si vero injustus fuerit, cæno et omni cadavere foetidior erit, omnique fuligine turpior. Ibi ergo pulchritudinem perfectam aut summam habebit turpitudinem.

## CAPUT LI.

*De agilitate et ponderositate.*

Secunda pars beatitudinis est agilitas; miseræ vero, contra, ponderositas. Has vero nec omnino habere nec rursus his homo potest penitus hic carere. Nam quanta est hominis agilitas, quam minus passerum superat, quia tamen <sup>443</sup> quoquo modo movere se potest, nec summæ ponderositati subjacet? In futuro autem aut perfecte agilis erit, aut sic ponderosus ut se omnino movere non possit. Sed in illa beata vita velocitas, quæ pulchritudine non minus amatur, tanta nos comitabitur ut ipsis angelis <sup>444</sup> Dei æque celeres simus futuri, qui a cælo ad terram <sup>445</sup>, et, e converso, dicto citius dilabuntur. Quæ celeritas, utrum sit in angelis, si probari necesse esset, exempli gratia, dici posset hominem, mortali adhuc carne gravatum, mox a Judæa in Chaldæam per angelum delatum, indeque tradito prandio quod deferebat, sine mora relatum. Ergo cum istis omnino par velocitas nobis erit quibus, sicut promissa est, eorum æqualitas inerit. Apostolus etiam, qui corpora nostra, quantacunque locorum intercapedine separata membratum fuerint sive dispersa, in ictu oculi asserit resurrectura, satis innuit quam velocitatem eadem corpora incorruptibilia sint habitura *Corruptibile quippe hoc, sicut ipse testatur, induet incorruptionem, et mortale hoc induet immortalitatem* (I Cor. xv, 55). Hujus quoque velocitatis exemplum in radio solis licet intueri, qui statim orto sole in plaga orientali pertingit usque ad ultima plagæ <sup>446</sup> occidentalis ut in eo perpendamus non esse impossibile quod de nostra dicimus futura velocitate, præsertim cum rebus animatis soleat inesse major velocitas quam inanimatorum. Hinc etiam <sup>447</sup> radio solis simile exemplum velocitatis habemus in nobis.

A Radius quippe oculorum nostrorum, in sublevatione palpebrarum, usque ad cælum pertingit, et ictus earum <sup>448</sup> totus in semet ac integer redit. Amplius, constat quidem animas sanctorum, quæ jam cælestia tenent, necdum plena felicitate frui, donec incorruptibilitate corporum suorum potiantur; quam cum adeptæ fuerint, non erit quod amplius velint. Hæc itaque corpora, si eas a sua velocitate aliquatenus tardiores aut graviores efficere deberent; nimirum eorum potius consortium abhorrerent quam appeterent. Igitur ea, quam diximus, velocitate dotabitur homo sanctus, cum ad veram vitam fuerit translatus. Malus vero tanto pœnarum pondere premetur, ut nec pedem quidem, vel manus, vel aliquid sui corporis possit movere. Unde et illud in Evangelio : *Ligatis manibus et pedibus ejus, mittite* <sup>449</sup> *eum in tenebras exteriores* (Matth. xii, 25).

## CAPUT LH.

*De fortitudine et imbecillitate.*

Tertia pars beatitudinis fortitudo dicitur; miseræ vero, imbecillitas, quæ ei opponitur. Sed quæ est hominum fortitudo in hac vita, quorum plenam navim echinus in mari retentat? Quia tamen homo imbecillia quædam superare valet, nec omnino imbecillitati subjacet. Itaque nec fortitudinem perfectam, nec summam hic habet imbecillitatem. Verum præstabant viribus quicunque supernis meruerunt civibus associari, in tantum, ut nullatenus illis quidquam obsistere valeat, vel si movendo quia aut evertendo voverint a suo statu, quin illico cedat. Nec in eo quod dicimus majori laborabunt conatu quam nos modo in oculorum nostrorum motu. Ne, quæso, similitudo illa angelorum nostro excidat ab animo quam adepturi <sup>450</sup> sumus in futuro, quatenus, si in hac fortitudine aut in his quæ dicturi sumus, exemplum <sup>451</sup> non occurrat, vel ipsi, per quam angelis aequabimur, ad ea comprobanda prosit. Sic igitur <sup>452</sup> in quibus angelos valere constat nostra nihilominus fortitudo valeat; neminem autem qui <sup>453</sup> dubitet puta existere angelos ea qua volunt fungi fortitudine. Cum igitur similes eis fuerimus, nunquam imbecilliores illis erimus. Sed fortassis quæret aliquis : Quid nobis tunc illa fortitudo præstabit, cum singulis tam convenienter, ut convenientius nequeant, ubique dispositis, nihil immutandum, nihil vertendum, nihil statuendum sit in quo vires suas quis exercere possit? Qui hæc dicit paucis nobiscum quid in hujusmodi habeat usus humanus attendat, et videbit quia non semper omnibus quæ habemus et quæ nos habere non parum gaudemus actu utimur; sicut, verbi gratia, ipso visu potestatem aliqua nonnullarum scientia rerum, et multis in hunc

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>440</sup> Corpus Christi *ms Vict. 13* <sup>441</sup> Hæc autem *ms Vict. et Edit. Col.* hæc autem <sup>442</sup> Invenimus legi *mss et Edit. Col.* meminimus <sup>443</sup> Qui tamen *mss et Edit. Col.* Quia tamen <sup>444</sup> Angeli *mss* Angelis <sup>445</sup> Ad terram *ms Vict. et Edit. Col.* ad terras <sup>446</sup> Ad ultimum plagæ *mss et Edit. Col.* ad ultima plagæ <sup>447</sup> Huic etiam *mss* hinc etiam <sup>448</sup> Et ictu earum *mss et Edit. Col.* et ictus earum <sup>449</sup> Et pedibus ejus, mittite *ms Vict. et Edit. Col.* et pedibus, mittite <sup>450</sup> Quam habituri *ms et Edit. Col.* quam adepturi <sup>451</sup> Sumus exemplum *ms Vict. et Edit. Col.* sumus ad exemplum <sup>452</sup> Si igitur *ms Vict. 13* sic igitur <sup>453</sup> Fortitudo valebit neminem, qui *mss et Edit. Col.* fortitudo valeat; neminem autem, qui

modum, sic et tunc de qua agitur fortitudine erit. Sola namque possessio ejus nobis grata erit et exultatio grandis, licet in actu nequaquam sit necessaria nobis, cunctis, ut dictum est, in suo statu convenienter locatis. Hæc eadem quæstio, si aut de velocitate aut de aliqua partem beatitudinis movetur, hac solutione, si non aptiorem lector invenerit, solvatur. In futuro igitur, ut jam prælibavimus, sic iustus fortis erit ut etiam, si velit, terram commovere possit; et e converso injustus imbecillis, ut nec etiam vermes amovere queat ab oculis suis.

#### CAPUT LIII.

##### *De libertate et servitute.*

Quarta pars beatitudinis, libertas dicitur; miseriam vero, servitus. Liber est ille qui cogi non potest ad ea quæ nolit, nec prohiberi ab eo quod velit. Sed quis in hac vita valeat esse qui hanc possit libertatem habere? Quis non quotidie patitur quod nollet? Quis valeat assequi omne quod vellet? Quia tamen non ad omnia homo quæ non vult cogitur, nec ab omnibus quæ vult prohibetur, nec omnino libertate privatur, nec omnino servituti subjicitur. In futuro autem, aut perfectam homo habebit libertatem, aut omnimodam inibit servitutem. Sed, ut jam prædiximus et auctoritate apostolica id ipsum confirmavimus, angelis consimiles erimus. Quicumque angelis assimilabuntur, eorum quoque libertatem necessario assequentur. Itaque, sicut angelis nihil obsistit, nec aliquid eos impedire potest nec constringere quin pro velle suo cuncta penetrent liberime, ita non erit aliquod obstaculum quod nos retardet, nulla clausura quæ nobis ullatenus obstat, non elementum quod nobis ad velle nostrum pervium omnino non exstet. Amplius, certe dominicum corpus, cui corpora nostra configuranda Paulus testatur (*Phil. III, 21*), ut jam supra meminimus, clauso sepulchro a mortuis surrexit, ac demum ad discipulos obseratis januis palpiandus introivit (*Joan. XX, 26*), nobisque in hoc futuræ libertatis grande documentum reliquit. In illa etenim vita, si bonus fuerit, nihil patietur quod nolit, sed agere permittetur quæcunque voluerit. Si vero fuerit malus, ad omnia quæ noluerit cogetur, et ab omnibus quæ voluerit prohibebitur.

#### CAPUT LIV.

##### *De sanitate et infirmitate.*

Quinta pars beatitudinis est sanitas; miseriam vero, infirmitas. Illa homo ab ortu suo carere, hanc autem incipit tolerare. Ex quo enim nascitur, prima vox ejus indicat quod patiat. Mox demque

**A** incipit esurire, sitire, lacescere, suis in pannis sordescere. Hinc cæcus vel surdus, mutus vel claudus, cardiacus vel scabiosus, leprosus, vel paralyticus, aliove morbo efficitur infirmus. Quia tamen ejus infirmitas leni quibusdam medicamentis potest, nec summæ infirmitati subjacet. Verum in futuro, sic sanus erit quod nullatenus infirmabitur, sed summa sanitate perfruetur. De hac sanitate quid melius dici poterit quam quod Psalmita canit? *Salus*, inquit, *justorum a Domino* (*Psal. LXXXI, 39*). Quibus autem fuerit a Domino data vera sanitas, quæ subripere valebit infirmitas? Verum de ista sanitate quam in sæculo futuro habebimus, quod exemplum afferre queam, ut quæ sit intelligatur, non video. Quia nihil est sanitas, quod ei comparare possem, aut ego in me, aut aliquis sub mortali degens carne sensit in se. Hic etenim tunc nobis sani videmur, cum in nobis nihil, quod doleat, sentimus. Fallimur tamen nonnunquam in hoc; nam frequenter in aliqua parte corporis infirmamur, nec tamen hoc ipsum, nisi aut motu corporis, aut tactu aliquo ullo pacto experimur. Ac de his qui nec ita infirmantur, sed ex omni parte sibi sani esse videntur quid dicemus, ut utrum sint sani aut non sint probemus? Pone tibi quemlibet sanissimum corpore, et de sanitate illius sciscitare, sanus est suo iudicio. Hic talis paulo durius tangatur aut in aliqua sui corporis parte arctius constringatur, et statim videbis quia clamabit: *Sine, lædis me, vexas me*. Quid est hoc? Nonne prius se esse sanum dicebat, et nunc modice tactus, ita dolenter succlamat? Istene tibi sanus videtur? Non puto. Nequaquam salus hujusmodi nobis dabitur, quorum salus a Domino futura esse promittitur. *Nam absterget Deus omnem lacrymam ab oculis sanctorum, et jam non erit amplius neque luctus, neque clamor, neque ullus dolor, quoniam priora transierunt* (*Apoc. XXI, 4*), *et non esurient, neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque ullus aestus* (*Isai. XLIX, 10; Apoc. VII, 16*); *dextera enim sua Deus teget eos, et brachio sancto suo defendet illos* (*Sap. V, 17*). Quid itaque eis nocere valebit quibus dextera Dei tegumentum erit? Qualis autem sit illa sanitas, certe scio me nec alicujus sensu vel experimento accepisse. Febrium vero, et diversarum infirmitatum qualitates, si cujusmodi sint quis interrogaret, facile eas a me expositas forsitan intelligeret, tum quia ergo illas in me, tum quia ab eis accepi qui sciunt, qui eas experimento didicerunt in se. At quod nec sensu percepi, nec ab ullo qui percepit, ut dixi, accepi, non eodem

#### VARIAE LECTIONES.

<sup>454</sup> Sic iustus *ms Vict. et Edit. Colon.* et sic iustus <sup>455</sup> Liber est qui *ms A.* Liber est ille, qui <sup>456</sup> Cum tamen *mss et edit. col.* Quia tamen <sup>457</sup> Omnimodam inibit Servitutem *ms A.* Omnino servituti subiacebit <sup>458</sup> Ut prædiximus auctoritate *ms Vict. et Edit. Col.* ut jam prædiximus, et auctoritate <sup>459</sup> Angelis enim consimiles *ms Vict. et Edit. Col. omit. cum* <sup>460</sup> Nulla clausula *mss* nulla clausura <sup>461</sup> non exstet *mss* non esset *Edit. Col.* non exercet <sup>462</sup> Illa autem homo *mss* Illa homo <sup>463</sup> Lacescere *mss* Lacescere <sup>464</sup> Paralyticus *mss* vel paralyticus <sup>465</sup> Afficitur infirmus *mss A.* et *Vict. 43 et Edit. Col.* efficitur infirmus <sup>466</sup> Nec summæ *ms A.* non summæ <sup>467</sup> Nihil sanitatis quod ei *ms Vict.* nihil est sanitatis quod ei *Edit. Col.* nil sanitatis quod est, ei <sup>468</sup> Tum quia illas in me *ms Vict. et Edit. Col.* tamen quia ego illas in me

modo. Credere tamen et incunctanter, ut mea quidem fert opinio, astruere licet sanitatem vitæ futuræ ita jugem, et immutabilem ac inviolatam fore ut ineffabili quadam dulcedine suavitatis totum hominem repleat, et omne quod alicujus in se vicissitudinis, mutabilitatis <sup>469</sup>, aut læsionis suspicionem prætereundum queat, procul arceat atque repellat. Sic igitur justus erit sanus. At vero quemlibet injustum tanta ibi infirmitate scias infirmari ut nullo postmodum medicamine queat medicari.

## CAPUT LV.

*De voluptate et anxietate.*

Sexta pars beatitudinis est voluptas; miseræ vero, anxietas. Illam homines appetunt, hanc vero refugiunt. Verum, eum eam in hac vita quærunt, non nisi per anxietatem invenire possunt. Cumque ad id pervenerint quod voluptatem putant, non nisi laborando eodem perficere valent. Quod si etiam <sup>470</sup> usi fuerint immoderatus, rursus eis in anxietatem vertitur <sup>471</sup>. Quia tamen in eo qualitercunque delectantur, nec omnimodam anxietatem patiuntur. Post hanc vero vitam, aut in omnimoda voluptate erunt <sup>472</sup>, aut omnino replebuntur anxietate.

## CAPUT LVI.

*Similitudo ferri igniti.*

Sicut enim ferrum ignitum quacunque sui parte continet ignem, sic in se boni voluptatem, mali vero sentient anxietatem. Hanc vero voluptatem neminem in hac mortalitate viventem esse puto vel fuisse qui eam, ut est <sup>473</sup>, senserit vel gustaverit, ut illius saporem vel habitudinem aliis declarare possit.

CAPUT LVII <sup>474</sup>.*De duabus beatitudinibus totidemque miseris.*

Dicamus tamen aliquid ad hanc declarandam. Dicamus duas beatitudines et item miserias esse duas, majorem videlicet atque minorem. Majorem, regnum Dei; minorem vero, in qua Adam fuerat primo positus, paradisi gaudium dicimus. Item majorem miseriam, æternum ignem gehennæ; minorem autem, ærumnas fatemur vitæ præsentis, quas, dum vivimus, incessanter patimur. Beatitudinem quippe neutram aliquando experti sumus. Quod si saltem illam parvam beatitudinem quam Adam in paradiso positus habuit experti essemus, forte per hanc illam majorem aliquo modo conjectando videre possemus, sicut nunc in minori miseria nati, nutriti et adulti, multa de majori miseria, quoties volumus, edicere et explanare valemus. Itaque cum voluptas, de qua agimus, constet esse unam partem summæ beatitudinis, quo illam modo explicemus, ut capiamur

atur, non video, nisi forte illud agamus <sup>475</sup> aliqua contraria similitudine magnæ miseræ, quam ex minori conjectamus <sup>476</sup>. Sit igitur ante oculos cordis positus, exempli causa, homo aliquis, qui tam in ipsis oculorum suorum pupillis quam et in singulis membris ferrum ignitum, et candens infixum habeat, ita ut nec medullæ, nec intestina, nec omnino quidquam in toto ipso sit quod illius cruciatus inanisitate careat, vel eam levius quam in oculis aliquatenus sentiat. Quid dicam angustiatur? Quis hunc æstimet esse sanæ mentis inter ista? Eodem modo, sed penitus contraria consideratione, in illa futura vita delectatio quædam ineffabilis bonos inebriabit, et inæstimabili dulcedine sui totos eos inenarrabili exundantia satiabit. Quid dixi totos? Oculi, aures, nares, os, manus, pedes, guttur, cor, jecur, pulmo, ossa, medullæ, extra etiam <sup>477</sup> ipsa, et cuncta sigillatim singulaque membra eorum, in communi tam mirabili delectationis et dulcedinis sensu replebuntur ut vere totus homo de torrente <sup>478</sup> voluptatis Dei potetur et ab ubertate domus ejus inebrietur (*Psal.* xxxv, 9). Verum e contrario, ut dictum est, credimus de injusto.

## CAPUT LVIII.

*De longævitate et vitæ brevitate.*

Septima pars beatitudinis est longævitas; miseræ vero, vitæ brevitatis. Illa beatitudinem corporis, hæc autem miseriam perficit. Tunc enim primum prædictas beatitudinis partes corpus habere potest, cum eas diu retinere valet. Nam si eas omnes haberet et statim moriendo amitteret, quid eas sibi habuisse prodesset? At longævitatem habere perfectam non potest qui aliquando mortuus est. Quantumlibet enim vivat diutius, somnium <sup>479</sup> sibi esse videtur quod vixit, cum moritur. Non ergo longævitatem homo hic habet, ubi quandoque mortuus est. Qui tamen, quia mori citius posset, nec vitam omnino brevem hic habet; in futuro autem aut longissimam, aut vitam habebit brevissimam. Si enim bene vixerit nunc, tunc vivet quantum et Deus, quia scriptum est <sup>480</sup>: *Justi autem in perpetuum vivent* (*Sap. v, 16*). Si vero male vixerit, non nisi moriendo vivere tunc poterit. Nihil ergo brevius illa <sup>481</sup> vita, cui mors fuerit semper juncta. Nunc autem notandum quia septem prædictæ beatitudinis miseræque partes ad corpus pertinent; cæteræ vero, quæ sequuntur, ad animam.

## CAPUT LIX.

*De sapientia et insipientia.*

Octava itaque pars beatitudinis ad animam pertinentis <sup>482</sup> est sapientia; miseræ vero, insipientia.

## VARIAE LEGTIONES.

<sup>469</sup> Vicissitudinis, immutabilitatis *ms Vict. et Edit. Col.* vicissitudinis, mutabilitatis <sup>470</sup> Quo si etiam *ms* Quod si etiam <sup>471</sup> Vertitur *ms A. 1. Vict. 15 et Edit. Col.* convertitur <sup>472</sup> Aut in omnimoda voluptate erunt, aut *ms A.* aut voluptate. aut *ms Vict. et Edit. Col.* aut in omnimoda voluptate sunt <sup>473</sup> Qui erit ut est *ms et Edit. Col.* qui eam, ut est, <sup>474</sup> *In ms S. Germ. A. 1. integrum hoc Caput omittitur* <sup>475</sup> Forte agamus *ms Vict. et Edit. Col.* forte illud agamus <sup>476</sup> Conjecturamus *ms et Edit. Col.* conjectamus <sup>477</sup> Extra etiam *ms* extra etiam <sup>478</sup> Homo de torrente *ms Vict. et Edit. Col.* homo de torrente <sup>479</sup> Somnium sibi *ms A. 1* somnia sibi *ms Vict. 15* somnium sibi <sup>480</sup> Unde scriptum est *ms Vict. 15* quia scriptum est <sup>481</sup> Nihil brevius illa *ms et Edit. Col.* nihil ergo brevius illa <sup>482</sup> Ad animam pertinentis *ms A. 1* ad animam pertinentis

Illam habere hacque carere se homo aestimat, si quid agnoverit quod alius nesciat. Sed quæ est ejus sapientia qui seipsum ignorat? Quis enim perfecte agnoscere valeat cujusmodi res sit anima sua? Quisve novit quale sit corpus ejus interius, vel quale posterius, vel etiam exterius? Quia tamen et se et alia quoquo modo cognoscere potest, non omnino insipiens est. Verum in futuro, aut perfecte sapiens aut omnino erit insipiens. Sapientia igitur, quam omnes in hac vita non inutiliter amant <sup>483</sup>, tanta in futura vita bonis erit ut eorum quæ scire voluerit nihil sit quod ignorant. Bonus enim perfecta, quæ Deus est, sapientia replebitur, eamque facie ad faciem intuebitur. Quam dum ita perspexerit, creaturæ totius naturam videbit <sup>484</sup>, quæ in Deo melius quam in seipsa consistit. Tunc enim **B** justii cuncta scient quæ Deus fecit scienda, tam ea quæ præterita sunt quam ea quæ postmodum sunt futura. Ibi a singulis omnes, ibi ab omnibus singuli cognoscentur. Nec quemquam omnino latebit qua patria, qua gente, qua stirpe quis editus fuerit, vel quid etiam in vita sua fecerit.

CAPUT LX <sup>485</sup>.

*Quod peccata singulorum singulis pateant.*

Hic fortassis aliquis ait: Quid est hoc? Peccata quæ feci, scient omnes? Ad hoc ea confessus sum ut deleantur et obliviscerentur, ut nulli amplius panderentur. Bene. Sed cum tu in illa gloria, ab omni crimine solde purgatus, vultui Dei præsens astiteris, ingratusne ei poteris esse pro tanta misericordia quam tibi fecit, remissis illis et illis delictis? Non, inquit. Et unde, inquam, gratias ages <sup>486</sup>, si nihil eorum unde jure gratias illas debeas in tua memoria habeas? Ut igitur in laudibus illius æternaliter jucunderis, semper de quanta misericordia erutus, ut puto, etiam habebis. Cum ergo singulorum conscientiarum singulis pateant, fateri audeo ea quoque <sup>487</sup> peccata cunctis electorum patere pro quorum curatione tu Deo gratiosus existes assidue, non ad tantam confusionem, sed ad magnam Dei misericordiam, ejusque glorificationem tuamque congratulationem. Non enim tunc pro peccatis tuis te major angustia cordis premet scelerumve tuorum magis <sup>488</sup> pudebit quam aliquem, olim magnis vulneribus sauciatus jamque ex omni parte sanatum, aboliti languoris molestia premit. Vel nonquid eorum quæ in cunis positus infans egerat nunc grandævum pudet? Tunc quippe, cum integra sanitas, perfecta mundi-

tia, plena remissio, secuta omnium offensio impunitas tibi certo arriserit <sup>489</sup>, recognitio vel recordatio peccatorum tuorum in nullo tibi magis horriore esse vel confusio valebit quam est modo beato Petro apostolorum principi, qui Christum negavit, abnegatio sua <sup>490</sup>, beatæ Mariæ Magdalenæ peccata sua, et multis aliis multa, quæ sequuntur, jam donata crimina sua. Verum super hoc agitis delictis tuis, velut <sup>491</sup> in enormi ac foeda infirmitate tua <sup>492</sup>, pietas, virtus, sapientia medici qui te sanavit, sublimius a cunctis admirabitur, laudabitur, magnificabitur. Laus autem et magnificentia gloriæ Dei, tua, si bene advertis, gloria est. Sed dices: Et quidem consentio laudem Dei gloriam esse meam, verum, cum hinc inde tot et tanti, ad mei comparationem, innocentes prodeant, qui, consideratis vitæ meæ obscenitatibus, me omnino, sicut æquum erit, horriore habendum judicent, quid dicam? Justitia nempe suum, et suum iniustitia præmionem exigit. In his, frater, nolo timeas; aliter enim erit quam existimas. Illum siquidem <sup>493</sup> quem tu tibi comparatum judicas innocentem, penitus non ibi reperies de te quemadmodum putas sentientem. Namque videns <sup>494</sup> ille, de quo agis, plane intelligit te nequaquam <sup>495</sup> se, sed Deum, quando peccasti, offendisse. Cum ergo viderit Deum tibi debita funditus dimisisse, nec in cor ascendet ut te inde aliquatenus judicet. In hoc enim ipso Deum offendere se cognoscet, si te, Deo per omnia reconciliatum, pro his quæ olim feceras ullatenus contemnendum cogitaret. Magis autem gratiosus, ineffabilem Dei clementiam admirabitur, non solum in te <sup>496</sup>, sed etiam in se. In te, quia te de tam profundo iniquitatis eripuit; in se, quia sola gratia ejus, ne in infernum profundum recideret, tenuit se. Laudando igitur, magnificabit in te, post gratiam Dei, vim atque constantiam, quibus evitans voraginem tanti mali viriliter evasisti, juxta quam, quod et <sup>497</sup> ipse considerabit, nisi a Deo adjutus fuisset, non ita forsitan iter justitiæ tenuisset. Vides igitur quam nihil habet improperii vulgata cognitio peccati tui, imo quam nullum laudis et gratiarum cognitio remissio sui generabit.

CAPUT LXI <sup>498</sup>.

*Altercatio inter hominem justum et angelum.*

**D** Ipsi etiam angeli, si te societate sui propter peccata tua indignum vellent judicare, haberes qualiter contra eos jure te posses defendere. Quoniam, inquis, modo? Audi. Propone angelum aliquem quasi

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>483</sup> Vita non inutiliter amant *ms Vict. 13* vita amant *Edit. Col.* vita non utiliter amat <sup>484</sup> Natura videbit *ms A. 1 Vict et Edit. Col.* naturam videbit <sup>485</sup> *Ms A. 1* integrum hoc caput omittit <sup>486</sup> Gratias agens *ms et Edit. Col.* gratias ages <sup>487</sup> Audeo eo quoque *mss et Edit. Col.* audeo ea quoque <sup>488</sup> Scelerumque magis *mss et Edit. Col.* scelerumve tuorum magis <sup>489</sup> Tibi certo arriserit *mss et Edit. Col.* tibi certo arriserit <sup>490</sup> Abnegatio sua *ms Vict. 13* abjuratio sua <sup>491</sup> Delictis tuis velut *ms Vict. et Edit. Col.* delictis velut <sup>492</sup> Infirmitate tua *mss Vict. et Edit. Col.* infirmitate sua <sup>493</sup> Illud quidem *ms et Edit. Col.* illum siquidem <sup>494</sup> Namque videas *ms Vict. et Edit. Col.* namque videns <sup>495</sup> Plane intelligit te, neque *mss Vict et Edit. Col.* Plane nequaquam intelliget te, nequaquam <sup>496</sup> Nec solum in te *ms Vict et Ed. Col.* non solum in te <sup>497</sup> Juxta quam, et *ms Vict. et Edit. Col.* juxta quam, quod et <sup>498</sup> *Ms A. 1.* Non habet nisi ultima verba hujus capituli



italia tibi improperantem : Tu homo de pulvere factus, tu pulvis aliquando futurus, contra Deum te extulisti, contra præceptum ejus; et in cœnum omnis peccati et immunditiæ tumidus dejecisti et nunc nostri similis esse quæris, quos nunquam in aliquo voluntati Dei <sup>499</sup> contraisse cernis? Ad hæc ita respondeas : Si ego, ut tu dicis <sup>500</sup>, de pulvere factus sum, certe non est mirum si vento tentationis impulsus in sordes sum ego criminum lapsus. Verum agnita et credita misericordia Christi, spreto omnibus quæ illum nolle scire potui, in cunctis quæ illum velle intellexi memetipsum exercui. Unde tribulationes et angustias, in fame et siti, vigiliis, verberibus, contumelias aliisque modis innumeris ad honorem ejus sustine. e non tenui et, quæque mundana pro viribus meis nihili pendens <sup>501</sup>, ipsius tantummodo solus gratiæ per singula reconciliari studui. Vos autem quid horum unquam sui causa sustinueritis? Semper vos gloria, semper jucunditas est comitata, semper vos tenuit dextera Dei atque defendit ab impugnatione omnis peccati, ita ut nulla vobis subiret macula ejus. Itaque si a voluntate ipsius non recessistis, illius <sup>502</sup> donum est, a quo jugiter tenti estis. Sed quia hæc ratiocinatio illos tantummodo respicit qui perditioni suæ <sup>503</sup> vim fecerunt et regnum cœlorum violenter rapuerunt <sup>504</sup> (*Matth.* xi, 12), alii, qui in illo sunt, sed alio modo intraturi, alia ratione puritatem angelorum sibi sunt vindicaturi. Sed quæris : Quo? forsitan ista. Dicent ergo illis : Quid in regno Dei vestra quærimus æqualiter beari <sup>505</sup>, dono et gratiæ Jesu Christi Domini nostri ascribimus, qui ad hoc dignatus est homo fieri, pati, mori, ut nos, ab omni delicto in sanguine suo justificatos, ipsius regni consortes efficeret. Vos igitur considerate an sanguis Christi, qui pro nobis est effusus, queat nobis non esse perfecta causa salutis? Quid ad hæc angeli, qui libenter, eo quod boni sunt, rationi acquiescere <sup>506</sup> volunt, cicerent nisi quæ dicta sunt ratione niti <sup>507</sup> et hujusmodi homines jure suam æqualitatem debere sortiri? Cum itaque angeli atque homines quos magis tu judicaveras <sup>508</sup> innocentes, tibi consentiant, cum in cunctis pro veritate rationis honorem deferant, perpende, si vales, quam grata sit sapientia ista qua tu, sicut ab omnibus, sic omnes a te cognoscentur in vita illa. Si autem fueris malus, verum etiam omnino <sup>509</sup> sapientia privatus, tantis urgeberis doloribus ut non

<sup>A</sup> solum insipiens, verum omnino fias et amens.

#### CAPUT LXII.

##### *De amicitia et inimicitia.*

Nona pars beatitudinis est amicitia; miseræ vero, inimicitia. Perfecta autem amicitia est, quæ in inimicitiam converti non potest. Sed quis hic habet <sup>510</sup> amicitiam tantam, etiam filius erga patrem? Quia tamen nullus habet hic, inimicitiam tantam, quæ converti non possit in amicitiam <sup>511</sup>, nec omnino habet hic inimicitiam summam, in futuro <sup>512</sup> autem aut amicitiam perfectam aut inimicitiam quisque <sup>513</sup>, inveniet summam; bonum etenim quemque sic Deus omnesque alii diligunt boni ut eum habere odio ultra non possint. Quantum namque quisquis se ipsum, tantum et tam diu diligit alterum. Nec enim video quomodo aliter esse possit, præsertim cum omnes unum corpus Christi sint, et Christus, qui est ipsa pax, sit omnium caput. Nec minor sese affectu complectantur quam membra unius corporis sibi invicem copulantur. Quantum putas <sup>514</sup> abunians eis in dilectione, quando hoc tibi fuerit in possessione? Attamen ista transi, et contemplare ipsum per quem hæc bona tibi pervenire et percipies quia ille plusquam ut te ipsum et quam omnes alii se incomparabiliter amet te, et tu super te ipsum et super omnes alios ineffabili quadam suavitate illum amabis. Malum autem quemque sic Deus omnesque boni habebunt odio ut nec filius quidem pietatem habeat de patre in pœnis conspecto.

#### CAPUT LXIII.

##### *De concordia et discordia.*

Decima pars beatitudinis est concordia; miseræ vero, discordia. Concordiam homo <sup>515</sup> tam raram hic habet ut nec sibi ipsi semper concordet. Sic enim corpus et anima dissident sibi ut quod unum appetit alterum nolit. Verum quia non semper hoc <sup>516</sup>, faciunt, sed aliquando idem volunt, non in discordia summa persistunt. In alia vero vita, vel in concordia vel in summa persistent discordia. Corpus et enim et anima cujusque sancti, imo concordia tantæ erunt omnes justis quantæ in præsentibus sunt oculi nostri. Sicut enim oculus unus verti non potest quo non vertatur et alius, sed in eandem partem semper volvuntur, sic etiam corpus et anima, vel societas illa justorum, nihil poterunt velle diversum <sup>517</sup>, sed eandem semper voluntatem habebunt. Corpus enim unum erimus. Ecclesia una erimus, sponsa Christi

#### VARIAE LECTIONES.

<sup>499</sup> Contra voluntatem Dei *mss et Edit. Col.* voluntati Dei <sup>500</sup> Ut dicis *ms Vict. et Edit. Col.* ut tu dicis <sup>501</sup> Nihil pendens *ms Vict. et Edit. Col.* nihili pendens <sup>502</sup> Non recessistis, illius *ms Vict. et Edit. Col.* non cecidistis, ipsius <sup>503</sup> Qui salvationi suæ *mss et Ed. Col.* qui perditioni suæ <sup>504</sup> Rapuerunt : ideo alii *mss et Edit. Col.* rapuerunt. Alii <sup>505</sup> Æqualitate beati *mss et Edit. Col.* æqualitate beati <sup>506</sup> Rationi veli acquiescere *mss et Edit. Col.* rationi acquiescere <sup>507</sup> Ratione niti *ms Vict. et Edit. Col.* ratione niti <sup>508</sup> Magis judicaveras te *L.* magis te judicaveras <sup>509</sup> Verum etiam omnino *ms Vict. et Edit. Col.* verum omnino <sup>510</sup> Sed quis habet *mss* Sed quis hic habet <sup>511</sup> Amicitiam tantam quæ converti non possit in inimicitiam *mss et Edit. Col.* inimicitiam tantam quæ converti non possit in amicitiam <sup>512</sup> Nec ullus omnino habet hic inimicitiam summam, aut amicitiam. In futuro *mss et Edit. Col.* nec omnino habet hic inimicitiam summam. In futuro <sup>513</sup> Autem perfectam, aut inimicitiam quisque *mss et Edit. Col.* autem aut amicitiam magnam vel perfectam, aut inimicitiam quisque <sup>514</sup> Quantum putas *ms Vict. et Edit. Colon. omittunt*, quantum <sup>515</sup> Concordiam homo *ms A. 1* Concordiam vero homo <sup>516</sup> Non semper hæc *ms A. 1* non semper hoc <sup>517</sup> Vel diversum *mss et Edit. Col.* velle diversum

erimus, quicumque ibi erimus. Ipsa Dei voluntas non a erit a tua diversa, sed sicut tu quod ille ita et ille vult in cunctis quod tu. Caput namque a suo corpore quomodo discreparet?

## CAPUT LXIV.

*Quod omnes justii idem velint.*

Hic forsitan dices: Eia! si Deus et omnis ille beatorum cœtus volent quod ego tunc et augmentum meum bonum mecum volent, quod ego ibi non velle non potero. Ergo itaque, pro velle meo, de majoribus in cœlo. Huic tuæ imbecillitati respondeo. Quia si etiam beato Petrus in gloria par esse volueris, eris. In gloria dico quia, ut Petrus sis in persona velle non poteris. Namque si hoc velles, te ipsum nihil esse velles, quod velle nequibus. Sed nec in gloria illi æquare, si meritis ejus impar fueris, velle poteris, quia pulcherissimam illius corporis compositionem, quam in hoc conspiceres violari, plus omni commodo amabis. Nec etiam in humano corpore vel pes loco aut officio manus vel manus pedis fungi exoptat; aut os vel nasus, ubi oculi sunt; aut oculi ubi os; aut nasus, relictis sedibus suis, cupiunt transferri; aut si transferentur, convenienter et sine injuria non id paterentur. Eodem modo, in illa admirabili et glorificata dispositione, et æque disposita glorificatione beatæ civitatis Dei ita quisque quod adeptus fuerit amabit ut statum suum potiori gradu immutari non velit. Quare? Quia cuique satis erit sua felicitas et beatitudo, sibi pro meritis suis misericorditer impetita. Amplius, si hi, qui jam tunc in ipsius corporis unitate locati fuerint, majora quam sint adepti desiderarent, eo ipso miseri essent, quod nondum haberent<sup>518</sup> quod vellent. In quo enim alicui, quod cupit deest, in eo miser sit necesse est. Sed absit ab illo regno omnis miseria. Aderit itaque omnibus omnis sufficientia, quam perficiet in singulis unanimis et plena concordia. Mali vero in discordia tanta persistent ut eorum corpus et anima semper dissideant. Nam et corpus animam odio habebit, eo quod male unquam cogitaverit, et anima corpus eo quod male cogitata opere compleverit, pro quibus omnibus torquebuntur in<sup>519</sup> pœnis.

## CAPUT LXV.

*De honore et dedecore.*

Undecima pars beatitudinis, honor dicitur; miseriæ vero, dedecus. Honorari homo ab omnibus appetit<sup>520</sup>, aut eorum verbis, aut factis. Verbis quidem, ut eum collaudent? factis autem, ut sibi eum præponant. Sed, cum honorem hujusmodi appetit, tale est ac si unus vermis<sup>521</sup> quærat ab aliis laudari eisque in regimine præponi. Hunc tamen honorem, licet nullus sit pene, nemo potest licet ad ple-

num habere. Nullus enim vel imperatori laudatur a cunctis, vel omnibus aliis præponitur. Quia tamen nec ullus a cunctis hic blasphematur, vel aliis omnibus subterminatur, nec omnino inhonoratur. In futuro autem, aut honorabitur, aut econtra omnino inhonorabitur<sup>522</sup>. Qui honor cujusmodi sit, brevi sub exemplo consideremus.

## CAPUT LXVI.

*De paupere in regnum adoptato<sup>523</sup>.*

Ecce sit ante oculos nostros positus aliquis pauper, omni solatio destitutus, ulcerum et aliarum infirmitatum scditate corruptus, et omni quo vel a frigoris asperitate defendatur tegmine nudus. Hunc igitur talem, tali modo jacentem et in nullo semet juvare valentem, si rex aliquis potentissimus transiens illum videret<sup>524</sup>, et miseratus ejus ulceribus mederi juberet, curatumque suis regalibus ornamentis indutum sibi præsentari præciperet, et adductum in filium adoptaret, ac deinde præciperet ut in regno suo filius suus a cunctis haberetur, atque in nullo quod impetaret a quoquam contradiceretur, hæredem suum filiique sui proprii cohæredem constitueret et eum suo nomine vocari vellet, nonne diceres hunc magnifice et inopinate honoratum? Et certe Deus nobis hæc omnia faciet. Nati enim de putredine carnis replemur multis miseriis (*Job xiv*), in quibus miseriis constitutos, et omni solatio destitutos, omniumque infirmitatum passionibus obnoxios, ac peccatorum et corruptibilitatis ulceribus plenos sola misericordia ductus accipiet et curabit nos, et sanitati restitutos ornamentis perfectæ justitiæ et incorruptibilitatis ornabit adductosque in filios suos sibi adoptabit, regni sui consortes efficiet et hæredes, Filioque suo unigenito, sibi per omnia æquali et coomnipotenti, concorporales statuet et cohæredes, omnique creaturæ jubebit ut in omni quod volumus nobis obediat, vocatosque nos nomine suo deos faciet. Ipse enim dicit: *Ego dixi Di estis, et filii Excelsi omnes* (*Psal. lxxxi, 6*). Sed ipse Deus deificans est, tu vero deus deificatus. At fortasse ais: Hæc ratio tua in illis quidem magnis apostolis, seu martyribus, potest existere rata, in me autem (qui utinam inter illos vel minimus esse meream!) non intelligo quonam pacto constare queat. Ad hoc intende, quæso, et intellige quia nullum justorum ab ista deitate exceptit Deus, ubi ait: *Di estis, et filii Excelsi omnes.*

## CAPUT LXVII.

*Similitudo inter Deum et ignem<sup>525</sup>.*

Verum ut dicta melius eluceant, considera sub exemplo naturam ignis et naturam rerum ignitarum, si forte ibi aliquatenus queas imaginari qualiter illi

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>518</sup> Quod nondum haberent *ms Vict. et Edit. Col.* quo nondum haberent <sup>519</sup> Torquentur in *ms* torquebuntur in <sup>520</sup> Ab omnibus appetit *ms A. 1* ab hominibus appetit <sup>521</sup> Unus vermis *ms A. 1 et Edit. Col.* mus unus <sup>522</sup> Inhonorabitur *ms Vict. et Edit. Colon.* Exhonorabitur <sup>523</sup> De paupere in Regnum adoptata *ms Vict. et Edit. Col.* De paupere in regem adoptato <sup>524</sup> Illius videret *ms Vict. et Edit. Colon. omitt.* illum <sup>525</sup> Similitudo inter Deum et ignem *ms Vict. et Edit. Col.* similitudine inter ignem et Destatcm

summæ majestati <sup>526</sup>, pro modulo tuo, possis participando deificari. Ecce ignis unus est, et in sua natura calidus. In hunc ignem pone lignum, plumbum et ferrum simul. Itaque cum lignum fuerit in carbonibus conversum et plumbum liquefactum, ita ut in carbonibus nihil nisi ignis appareat et plumbo nihil caloris addi queat, necdum tamen poterunt ferro in calore coæquari, quod nondum forsitan penitus incanduit igni. Licet igitur aliud alio magis in calore profecerit, singulorum tamen servata natura sua, usitato locutionis modo, quia quod ignitum, est per se dicitur ignis. Sic erit in illa beata supernorum civium societate, de qua loquimur <sup>527</sup>. Nam quemadmodum hi qui summæ deitati sunt propinquiores, et ob hoc aliis præstantiores, dii dicuntur ita et qui illis sunt inferiores, (quoniam una et eadem, quæ et ipsi, summæ deitati pro sua capacitate participant) simili nomine deos dicendos necesse est. Talis honor, ut prælibavimus, justis pro modo meritorum exhibebitur. Quisquis vero malus e contra <sup>528</sup> sic exonorabitur ut, in omni fetore dejectus, vermium etiam dominio subjicietur.

## CAPUT LXVIII.

*De potentia et impotentia.*

Duodecima pars beatitudinis est potentia; miseriæ vero impotentia. Veram ille potentiam obtinet qui quæcunque voluerit facere potest. Quod quia nullus hic valet facere, nec veram hic potentiam potest <sup>529</sup> habere. Quia tamen quandoque quod vult facere potest, nec omnino impotentia subjacet. Verum in futuro, aut vere præpotens, aut omnino semperque impotens erit. Bonus autem quidquid <sup>530</sup> voluerit facere poterit, quoniam ipsum Omnipotentem in omnibus suæ voluntati concordantem habebit. Malus vero nihil quod velit agere quibit. Quando ergo cum tanto honore et cum cæteris prætaxatis hanc adeptus fueris omnipotentiam, non video qua ratione possis cupere ampliorem. Igitur, dum possessione harum beatitudinum quas digessimus felix fueris, nonne sufficiens tibi videberis? Et maxime, inquis. Age igitur. Si in omnibus istis vel una die, sicut exposita sunt, securus viveres, gauderes sine dubio. Si autem mense, vel uno anno lætificaveris, si toto tempore vitæ tuæ, quid faceres? Nec dici potest, ut autumo, lætitiæ modus. Darem pretium <sup>531</sup> utique libens quidquid haberem, et memetipsum <sup>532</sup> insuper, si sic, et non aliter, ea adipisci valerem.

A Si vero adhuc omnino securus existeres quod ea, dum viveres, nullo eventu amitteres, omitto dicere utrum cogitare <sup>532</sup> possis an non quid exultationis tibi deesset.

## CAPUT LXIX.

*De securitate et timore.*

Tertiam decimam beatitudinis partem, accipe securitatem; miseriæ vero, timorem. Hæc alias siquidem omnes beatitudinis partes confirmat, nec haberi possunt perfecte sine illa. Tunc enim perfecte homo eas habet, cum nusquam amittere timet. Verum <sup>533</sup> in hac vita nihil quis potest habere, unde securus valeat esse. Sub eodem enim momento pauper ex divite, mortuus ex vivo potest existere. Ergo nec alias beatitudinis partes, nec securitatem perfectam hic habet. Quia tamen non semper quæ patitur timet <sup>534</sup>, sed quandoque effugere potest, nec summum timorem hic habet. In futuro autem, aut securitatem perfectam, aut econtra summum habebit timorem. Bonus autem quidquid voluerit habebit, et nihil ex eo se amissurum timebit.

## CAPUT LXX.

*Quod nullus amittat bona semel adepta.*

Dico enim quod, si ea perditurus est, aut ipse volet ea perdere sua sponte, aut Deus volet ei volenti illa auferre, aut aliquis alius Deo fortior superveniens, ea tollet ab illo, Deo et ipso non volente. Sed certe nec ipse, abjecto tanto bono, in miseriæ quas se evasisse gratus exultabit recidere volet, nec Deus, qui illud tam larga et clementi bonitate donavit, id ei aliquando <sup>535</sup> auferre volet, nec ullus etiam fortior Deo superveniet, qui, Deo justum protegente, hoc illi invito aliquatenus tollet. Malus vero et semper tormenta quæ patietur pavebit, et nunquam ex eis evadere poterit.

## CAPUT LXXI.

*De gaudio et tristitia.*

Quarta decima beatitudinis <sup>536</sup> pars, gaudium; miseriæ vero tristitia est. Gaudium perfectum solus ille potest habere qui prædictas omnes beatitudinis partes potest obtinere. Quarum quia ullam nemo hic habere potest, patet quia nec gaudium summum hic retinere valet <sup>537</sup>. Sic et ille solus vere tristitiam patitur summam <sup>538</sup> quem prædictæ omnes miseriæ partes omnino coarctant. Verum quia nullus ex toto hic eas patitur, liquet quia nec in summa tristitia hic habeatur <sup>539</sup>. In sæculo autem futuro aut læta

## VARIAE LECTIONES.

<sup>526</sup> Summæ majestati *ms Vict. et Edit. Col.* summæ Deitati <sup>527</sup> De qua loquitur *mss et Edit. Col.* de qua loquimur <sup>528</sup> Malus sit, econtra *ms Vict. et Edit. Col.* malus, econtra <sup>529</sup> voluerit, facere potest. *ms A.* <sup>530</sup> Bonus vero quicquid *ms A.* <sup>531</sup> Bonus enim quicquid <sup>532</sup> Quid faceres? Nec dici potest, ut autumo, lætitiæ modus. Darem pretium *ms Vict. et Edit. Col.* quid faceres? dares pretium? <sup>533</sup> Utrum cogitare *ms Vict. et Edit. Col.* utrum et cogitare <sup>534</sup> Possunt firmiter atque perfecte, sine illa. Verum *ms Vict. et Edit. Col.* Possunt perfecte sine illa. Verum *mss Bec. et A. 1.* Possunt perfecte, sine illa. Tunc enim perfecte homo eas habet, cum nusquam amittere timet. Verum <sup>535</sup> Non semper patitur, quod timet *mss* non semper quod patitur timet <sup>536</sup> Id ea aliquando *ms Vict. et Edit. Col.* id ei aliquando <sup>537</sup> Quarta decima beatitudinis *ms Vict. et Edit. Col.* Quarta decima igitur beatitudinis <sup>538</sup> Retinere valet *ms A.* <sup>539</sup> Solus vere tristitiam patitur summam *ms A. 1.* solus pati potest tristitiam summam <sup>539</sup> Nec etiam summa tristitia hic habeatur *mss A. 1 et Vict. 13 et Edit. Col.* nec in summa tristitia hic habeatur

aut tristitia quisque replebitur summa. Bonus enim quisque omnino tunc poterit <sup>540</sup> gaudere, quia prædictas omnes beatitudinis partes obtinebit perfecte. Quid ergo beatius isto, qui tanto replebitur gaudio <sup>541</sup>. Adhuc tamen ad cumulum beatitudinis suæ aliquid habet, unde magis possit gaudere; quia enim quisque, sicut se, alterum amabit, patet quia sic de illius felicitate, ut de sua, gaudebit. Quot igitur et quanta gaudia quisque obtinebit qui de tot et tantis beatitudinibus sanctorum jubilabit? Quod si tantum de aliis, quos ut se diligit, gaudebit, quantum de Deo, quem supra se diligit, exsultabit? Gaudium enim erit ei intus et extra gaudium sursum atque deorsum, gaudium circum circa ubique gaudium plenum. Malus vero e contra tristitia replebitur summa, quia omnes miseræ partes, quibus nihilominus se circumseptum sentiet, inevitabiliter <sup>542</sup> sine fine patietur et indesinenter.

### CAPUT LXXII.

#### *De cupiditate mundani honoris.*

Sic agunt <sup>543</sup> illi qui mundi hujus honores appetunt, quomodo pueri qui sequuntur papiliones. Papiliones enim cum volant, transtem rectum nunquam tenent, sed huc illucque se agitant, cumque alicubi residere videntur <sup>544</sup>, nec ibi diu morantur, Hos autem cum pueri capere volunt, cito post eos currere satagunt, et quia non ad suos pedes, sed ad papiliones intendunt, aliquando in foveam cadunt, seque immamter lædunt. Plerumque vero, cum eos vident alicubi insedisse <sup>545</sup>, incedunt suaviter et caute, ut eos valeant comprehendere. Quod dum faciunt, manibus quoque plaudunt, et ad invicem levi voce dicunt: Ecce jam eos habebimus, ecce eos jam habebimus. Sed <sup>546</sup> cum proprius accedentes eos apprehendere tentant, papiliones avolant. Si quando vero eos apprehenderint, exsultant de nihilo, quasi magnum quid fuerint adepti. Similiter autem faciunt qui mundi hujus honores appetunt. Honores enim hujus mundi nunquam certam tenent viam, sed incertis diverticulis de uno ad alium transvolant. Cumque sub alicujus substiterint potestate, non ibi diu possunt remanere. Hos ergo dum stulti homines assequi cupiunt, festinant post eos quibuscunque modis possunt. Et quia non considerant quo eos modo assequantur, sed ut quoquo modo <sup>547</sup> adipiscantur, sæpius in gravia crimina decidunt, quibus suas animas vehementer lædunt. Aliquando vero, cum viderint eos alicubi quasi paratos sibi esse accedunt

A illuc latenter et multum callide, ut quasi nullo sciente valeant eos obtinere; et quo dum appropriant, vehementer gaudent et exsultant. Sed cum proprius accesserint eosque se posse jam apprehendere putaverint, honores de manibus eorum se excutiunt, et aliqua de causa ad illos aliquos se transferunt. Quos si quandoque adepti fuerint, gratulantur, quasi aliquem verum honorem fuerint assecuti, cum ad veri honoris culmen pervenire non possint, si non hos, pro suorum <sup>548</sup> satisfactione commissorum, reliquerint

### CAPUT LXXIII.

#### *Similitudo inter Deum et aliquem dominum.*

Ita inter <sup>549</sup> Deum et homines agitur quomodo inter dominum aliquem et servos illius, qui vulgo naturales vocantur. Si enim dominus naturali servo aliquid jusserit et servus domino libenter obedierit, agit servus quod debet et quod domino <sup>550</sup> placet. Si autem dominum sui præceptis restiterit, gratiam ipsius statim amittit. Quam si voluerit recuperare, ac deinceps domino suo fideliter servire, sicut prius debuerat naturaliter fecisse, si ei dominus tunc jusserit, jurat quod ejus obediet præceptis, eique fideliter <sup>551</sup> serviet quandiu vixerit. Quo facto, dominus ei condonat quod deliquit, et si ita domino <sup>552</sup> placuerit, aliquid proprietatis, unde vivat, habere concedit. Verum, aliquanto temporis transacto, servus paulatim incipit quæ juraverat oblivisci, et ab amore domini isui tepescit. Et quia ea quæ dominus jubet sibi dura videntur, prius quædam, postmodum plura transgreditur, donec in omnibus pene perjurus habeatur. Sicque rursus domini sui gratiam perdit quam prius recuperaverat sponsione correctionis. Quid ergo amplius <sup>553</sup> faciet? Quid aliud promittere potest? Naturale jus corrumpit, jusjurandum violavit. Est tamen aliud quod adhuc faciendum invenit servus. Licentia enim domini sui aliquid retinuerat in proprietate <sup>554</sup>, unde se potest, ut antea, reconciliare. Postquam ergo se errasse cognoscit <sup>555</sup>, ad dominum suum redit, eum exorans <sup>556</sup> hujusmodi verbis: Domine, inquit, confiteor meam iniquitatem, quia quod tibi naturaliter debueram, quodque postmodum jurjurando promiseram, totum ad meam transgressus sum miseriam. Sed adhuc semel indulge mihi, si <sup>557</sup> placet, quidquid deliqui, et ego tibi reddam quidquid proprietatis per tuam licentiam hæcenus retinui <sup>558</sup>. Me autem ipsum ita in tuo servitio astringam quod meam ex toto voluntatem dimittam, tuam vero, in

### VARIÆ LECTIONES.

<sup>540</sup> Omnino tunc poterit *ms A. 1* perfecte poterit <sup>541</sup> Quo tunc replebitur justus gaudio? *mss* qui tanto replebitur gaudio <sup>542</sup> Mentaliter *mss et Edit. Col.* inevitabiliter <sup>543</sup> Sic agunt *ms A. 1* sic enim agunt <sup>544</sup> Residere videantur *ms A. 1* resederunt *L. 1* residere videntur <sup>545</sup> Alicubi insedisse *mss A. 1 Vict. et Edit. Col.* alicubi resedisse <sup>546</sup> Ecce jam eos habebimus. Sed *ms A. 1* Ecce jam eos habebimus, ecce jam eos habebimus. Sed <sup>547</sup> Sed ut quoquo modo *ms A. 1* sed ut quoquo modo <sup>548</sup> Cum suorum *ms A. 1* pro suorum <sup>549</sup> Ita inter *ms A. 1* sic enim inter <sup>550</sup> Et quod Domino *ms A. 1* et Domino <sup>551</sup> Eique fideliter *mss A. 1 Vict. 13 et Edit. Col.* eique fideliter <sup>552</sup> Et si ita Domino *ms A. 1* et si ita sibi <sup>553</sup> Quid ergo amplius *ms A. 1* Quid amplius <sup>554</sup> Detinuerat proprietatis *mss* retinuerat in proprietate *Edit. Col.* retinuerat de proprietate *ms Vict. 13* retinuerat in proprietatem <sup>555</sup> Se errasse cognoscit *ms Victor. 13* se peccasse cognoscit <sup>556</sup> Eum orans *mss A. 1 Vict. 13 et Edit. Colon.* cum exorans <sup>557</sup> Adhuc indulge, si *mss et Edit. Colon.* adhuc semel indulge mihi, si <sup>558</sup> Hæcenus detinui *mss A. 1 Vict. 13 et Edit. Col.* hæcenus retinui

quantum potero, faciam. Et, ut eam semper valeam implere, ponam me in illorum subjectione qui me illam sciant et velint docere<sup>559</sup>, et admonendo, corripiendo, casugando faciant custodire. De quibus omnibus faciam tibi jusjurandum, si mihi indulseris quidquid haecenus deliqui. Tunc dominus: Et ego adhuc, inquit, indulgeo tibi omnia quæ petis, si tu omnia feceris quæ premitis. Sed hoc scias quia nisi hanc conventionem custodieris, vel si eam casu in aliquo<sup>560</sup> violaveris, nisi ad eandem pœnitendo<sup>561</sup> redieris, per aliam conventionem me placare non poteris. Eodem itaque modo inter Deum et homines agitur. Deus enim primo homini quiddam præcepit, cui si ille obedisset, ei profecto placuisset<sup>562</sup>. Sed quia illius præceptum præterit, gratiam ejus statim perdidit. Hanc ergo si voluerit homo recuperare, sicut Deus jubet, jurat in baptisate quod aud vñus illum servum jurasse. Sed quia et hoc ipsum sæpius transgreditur<sup>563</sup> relictis omnibus cum propria voluntate, monachus<sup>564</sup> efficitur. Aut ergo monachus salvabitur, aut aliter damnabitur<sup>565</sup>.

#### CAPUT LXXIV.

*Similitudo inter diabolum et improbum placitorem.*

Verum sciendum est quia<sup>566</sup> sic placitat diabolum contra hominem quomodo lo improbus placitator contra alium aliquem. Improbus enim placitator licet non habeat rectum<sup>567</sup>, tamen propter improbitatem suam veniens ad placitum, hoc quod est injustum, justum, et quod est justum vult ostendere injustum. Sed cum eum aliquis jusperitus audit, et quia non rectam habeat causam agnoscit, judicat esse injustum quod ille dicebat justum, et esse justum quod ille asserebat injustum. Sicque ille convictus a placito discedit dolens, quod aliquid id facere non poterit<sup>568</sup>. Sed aliquanto tempore transacto, postquam hoc judicium putat oblivioni esse traditum, suam rursus incipit causam, dicens sibi fieri injuriam. Quod si aliquis sibi dixerit hoc jam esse definitum, dicit non recte esse judicatum<sup>569</sup>. Sed ille qui semel jam vicit, non attendat ad ea quæ dicit, sed tantum dicat: *Quod semel est bene definitum, non est iterum*<sup>570</sup> incipien-

*dum*. Sic enim sine labore semper ab inimico suo se poterit liberare. Similiter autem diabolum<sup>571</sup> placitat contra hominem: locus autem placiti hujus est cor hominis ipsius<sup>572</sup>. Ad hunc itaque locum diabolum venit ad placitum. Et licet sciat quod rectum non habeat, tamen ibi asserit verum esse quod falsum est, et falsum quod verum est<sup>573</sup>. Ibi namque dicit cogitationem, quam immittit, veram esse, scilicet quod<sup>574</sup> homo debeat mundum diligere, divitias et honores appetere, desideria carnis adimplere, hæc et his similia facere: quod quidem falsum est. Ex alia vero parte dicit esse falsum quod homo debeat mundum relinquere, divitias et honores contemnere, desideria carnis abscindere, eleemosynis peccata sua redimere<sup>575</sup>, monachatum demum accipere<sup>576</sup>, hæc et alia multa facere: quod totum verum probatur esse. Sed cum aliquis, qui inter rectos et non rectos cogitatus scit discernere, audit diabolum in corde suo hæc dicere, judicat injustum esse cogitatum quem ille esse justum dicebat, et esse justum quem ille injustum esse asserabat. Et hoc judicio facto, abjicit injustum et sequitur justum, contemnensque sæculum<sup>577</sup> accedit ad monachatum<sup>578</sup>. Sicque diabolum convictus a cordis placito recedit, contristaturque quia vincere non potuit. Sed postquam sperat diabolum quia homo oblitus fuerit quod antea sic judicaverat<sup>579</sup>, putans eum in aliqua parte posse invenire immunitum<sup>580</sup>, ad eundem locum cordis revertitur, renovatoque placito, quasi non recte definito, conqueritur. Quod si ille pro certo cognoverit quia<sup>581</sup> rectum judicavit in eo quod sæculum relinquendum esse censuit, diabolum statim non esse rectum respondet ut eum tam cito vel ita omnino desereret, adhuc posse sibi ipsi, remanendo in sæculo, indulgere, pauperibus vel suis ad eum respicientibus subvenire<sup>582</sup>. Sed ille qui semel mundum ipsumque diabolum recte superavit non curat ea<sup>583</sup> quæ fraudulenter ei dicit, sed firmum teneat<sup>584</sup> quia quod semel juste et stabilitum non est denuo<sup>585</sup> destruendum, et quod demum recte definitum relinquendum non est iterum<sup>586</sup> appeten-

#### VARIÆ LECTIONES.

<sup>559</sup> Sciant et velint docere *ms A.* sciant docere <sup>560</sup> In casu aliquo *mss A. 1 Vict. 13 et Edit. Colon.* casu in aliquo <sup>561</sup> A 1 eandem pœnitentiam *mss et Edit. Col.* ad eandem pœnitendo <sup>562</sup> Obedisset, profecto fecisset quod facere debuisset et quod Deo placuisset *mss* obedisset, ei profecto placuisset <sup>563</sup> Sæpius transgreditur *ms A. 1 omittit*, sæpius <sup>564</sup> Omnibus, cum propria voluntate, Monachus, *ms A. 1 omnibus, Monachus* <sup>565</sup> Aliter damnabitur *Edit. Col.* alter damnabitur (*sed male*) <sup>566</sup> Verum sciendum est, quia *ms A. 1* Verum ei sciendum, quia <sup>567</sup> Non habeat justum *mss et Edit. Colon.* Non habeat rectum <sup>568</sup> Quod aliquid facere non poterit *ms A. 1* quod aliud facere non potuit <sup>569</sup> Recte esse judicatum *ms A. 1* recte esse judicatum <sup>570</sup> Non attendit ad ... tantum dicit: non esse iterum *mss A. 1 Vict. 13 et Edit. Col.* non attendat ad ... tantum dicat .. non est iterum <sup>571</sup> Labore ab inimico suo se liberare poterit. Semper autem diabolum *mss et Edit. Col.* labore semper ab inimico suo se poterit liberare. Similiter diabolum <sup>572</sup> Hominis alicujus *ms A. 1* hominis ipsius <sup>573</sup> Et econtra *ms A. 1* et falsum quod verum est <sup>574</sup> Cogitationem, quam immittit, veram esse, scilicet, quod *ms A. 1* cogitationem, quam immittit, verum esse quod <sup>575</sup> Eleemosynis peccata sua redimere *ms A. 1 omittit* <sup>576</sup> Monachatum demum accipere *ms A. 1* ad Monachatum accedere <sup>577</sup> Contemnensque mundum *mss A. 1. Vict. 13 et Edit. Col.* contemnensque sæculum <sup>578</sup> Accipit Monachatum *ms A. 1* accedit ad Monachatum <sup>579</sup> Sic judicaverat *ms A. 1* sic judicaverit <sup>580</sup> Putans eum in aliqua parte posse invenire immunitum *ms A. 1 omittit* <sup>581</sup> Ille pro certo cognoverit quia *ms A. 1* ille ex alia parte cogitaverit, quia <sup>582</sup> Adhuc posse sibi ipsi remanendo in sæculo, indulgere; pauperibus, vel suis ad eum respicientibus, subvenire *ms A. 1 omittit* <sup>583</sup> Non cura ea *mss A. 1 et Vict. 13* non curet ea <sup>584</sup> Sed firmum tenet *mss A. 1 et Vict. 13* sed firmum teneat <sup>585</sup> Non esse denuo *mss A. 1 et Vict. 13* non est denuo <sup>586</sup> Non esse iterum *ms A. 1* non est iterum

dum. Sic enim facile, Deo subveniente, diabolum A semper poterit <sup>587</sup> superare.

## CAPUT LXXV.

*Similitudo inter Deum et quemlibet Regem* <sup>588</sup>.

Deus ipse <sup>589</sup> sic inimicitias exercet adversus diabolum quomodo rex quidam contra principem quemdam inimicum suum. Hic autem rex habet in regno suo villam admodum amplam.

## CAPUT LXXVI.

*De regno, et villa, et castello, et dungeone* <sup>590</sup>.

In villa vero rex habet castellum quoddam, supra castellum autem unum dungeonem <sup>591</sup>. In villa, quædam domus sunt validæ, plures invalidæ. In castello autem firmitas est tanta ut, si quis illuc confugerit, nisi inde redierit, ab aliquo lædi non possit. Tanta vero securitas est in dungeone <sup>592</sup> ut, si quis illuc semel poterit ascendere, nunquam eum inde libeat redire. Hæc autem omnia ille rex habet in potestate sua. Inimicus vero ejus est ita fortis ut quidquid extra villam invenit, sine ullo obstaculo comprehensum abducat <sup>593</sup>. In ipsam quoque villam sæpius intrat, et domos quas invenit invalidas violat, eosque qui inhabitant captivos cum suis asportat <sup>594</sup>. Illas vero quas firmas invenit, postquam eas irrumpere nequit, ad extremum invitatus dimittit. In castellum quoque non potest ascendere, nec illuc confugientibus quidquam mali facere, nisi redierint ad prælium villæ. Sed si amore suorum parentum redierint, quia eos audiunt occidi et male tractari <sup>595</sup>, et per foramen vel fenestram curiose respexerint, tunc eos facile occidere aut vulnerare poterit. Quapropter necesse est eis ut nunquam ad clamorem parentum attendant, nec ad bellum <sup>596</sup> revertantur, aut respiciant, sed semper, ut cœperunt, fugiant donec ad summitatem dungeonis <sup>597</sup> pervenerint. Postquam enim illuc pervenerint, erunt omnino securi. Itaque rex ille Deus est qui cum diabolo bellum habet. Hic in suo regno habet Christianismum; in Christianismo vero, monachatum; supra monachatum, conversationem tantummodo <sup>598</sup> angelorum. In Christianismo, quidam in virtutibus sunt validi, plures vero invalidi. In monachatu autem firmitas est tanta ut si quis, illuc confugiens, monachus effectus fuerit, nisi inde pœnitendo redierit, a diabolo lædi non possit. In angelorum vero con-

versatione gaudium est securitatis tantæ ut quisquis illuc ascenderit, nolit inde unquam redire. Hæc autem omnia rex idem Deus habet in potestate sua; mimicus vero ejus, id est diabolus, tantæ potestatis est quod omnes <sup>599</sup> Judæos atque paganos, quos extra Christianismum reperit, nullo obsistente rapiat, et in infernum demergat <sup>600</sup>. In ipsum quoque Christianismum sæpius intrat, et eos quos debiles invenit tentando violat, animasque <sup>601</sup> corporibus inhabitantes captivas asportat. Illos vero, qui fortes sunt et bene muniti, postquam <sup>602</sup> eos superare nequit, tandem, licet tristis, dimittit. In monachatum quoque non valet irrumpere, nec his qui monachi effecti sunt quidquam facere mali, nisi ad sæculum redierint corpore, vel corde, vel aliqua parentum affectione <sup>603</sup>.

## CAPUT LXXVII.

*Similitudo inter monachum et potionem, et abbatem et medicum.*

Sed, quia hæc sæpius solet evenire novitiis, attendant quia <sup>604</sup> sic agit qui monachus arripit difficultatem <sup>605</sup>, quomodo infirmus qui gravem accipit potionem. Plerumque etenim contingit ut qui aliquam patitur infirmitatem corporis, potionem quærat qua ab illa infirmitate curari valeat. Cumque medicus <sup>606</sup> ei dicit ut illam vel illam potionem accipiat, et sic sanari poterit, emit eam, vel gratis accipit datam <sup>607</sup>. Sed cum potio fortis ejus viscera rimatur, membra omnia percurrit, malos humores contrahit, vires tollit, corpus dissolvit, terræ prosternit <sup>608</sup>, desiderium maximum bibendi in eo accendit, vel dormiendi, vel foras ad ventum exeundi, eique medicus hæc interdicit <sup>609</sup>, comminans quia morietur, si hæc fecerit. Heu me, infirmus inquit, cur potionem hanc accepi? Male mihi prius erat, et modo est pejus. Heu! quanto meo malo illos vidi qui hoc consilium mihi dederunt, nec mihi quia hoc et hoc me oporteret pati prædixerunt. Si enim hoc scivissem, nunquam potionem accepissem. Sic et sic iste conqueritur, dum potione coarctatur. Cum vero mali humores defluere cœperint, totumque corpus paulatim leviori, gaudet et exultat quia talem potionem accepit per quam ad pristinam sanitatem redire se sentit, et homines qui <sup>610</sup> hoc consilium ei dederunt benedicunt. Similiter vero

## VARIE LECTIONES.

<sup>587</sup> Diabolum poterit *ms A.* 1 diabolum semper poterit <sup>588</sup> Et aliquem Regem *mss et Edit. Colon.* et quemlibet Regem <sup>589</sup> Deus ipse *ms A.* 1 Deus enim ipse <sup>590</sup> Et Dungeone *Idit. Col.* et divigione <sup>591</sup> Unum dungeonem *ms A.* 1 unum dungeonem *Edit. Col.* unum divigionem <sup>592</sup> In dungeone *ms A.* 1 in dungeone *Edit. Col.* in divigione <sup>593</sup> Abducat *mss* abducat <sup>594</sup> Captivos cum suis asportat *ms A.* 1 captivos asportat <sup>595</sup> Et male tractari *ms A.* 1 vel male tractari <sup>596</sup> Nec ad bellum *Edit. Col.* Nec ad bellandum <sup>597</sup> Dungeonis *ms A.* 1 dungeonis *Edit. Col.* divigionis <sup>598</sup> Conversationem tantummodo *ms A.* 1 *omit.* tantummodo <sup>599</sup> Quod omnes *ms A.* 1 ut omnes <sup>600</sup> Rapit .. demergit *mss* rapiat .. demergat <sup>601</sup> Animas quoque *ms A.* 1 animasque <sup>602</sup> Illos vero, qui fortes sunt, et bene muniti, postquam *ms A.* 1 illos vero, quos fortes invenit, postquam <sup>603</sup> Vel aliqua parentum affectione *ms A.* 1 vel corde *manuscript.* Vel corde, vel aliqua parentum affectione <sup>604</sup> Attendant noviti, quia *mss* sed quia hoc sæpius solet venire novitiis; attendant quia <sup>605</sup> Accipit difficultatem *ms A.* 1 arripit difficultatem *Edit. Col.* arripit difficultatem <sup>606</sup> Cum enim medicus *mss et Edit. Colon.* cumque medicus <sup>607</sup> Vel gratis accipit datam *ms A.* 1 vel datur ei, et accipit <sup>608</sup> Terræ infernum prosternit *ms A.* 1 Terræ prosternit <sup>609</sup> Medicus interdicit *mss et Edit. Col.* Medicus hæc interdicit <sup>610</sup> Et homines qui *ms A.* 1 et omnes, qui

multoties accidit ut aliquis, qui animæ suæ infirmitatem considerat, medicinam inde spiritalem quærat, qua ab illa vitiorum suorum infirmitate mundari valeat. Cumque ei aliquis spiritualis homo dicit quod per monachatum posset salvari, dat quidquid habet ut in monasterio aliquo suscipiatur, vel ei gratis aliquando conceditur, et suscipitur. Sed <sup>611</sup> cum ordinis difficultas cogit eum vigilare, dum vellet dormire; esurire, dum vellet edere; sitire, dum vellet bibere; tacere, dum vellet loqui; legere vel cantare, dum vellet quiescere; sedere, cum vellet stare vel ambulare; aut stare vel ambulare, cum vellet sedere; injurias sustinere multas, propriam voluntatem ex toto deserere: Me miserum, inquit, hunc habitum quare suscepi? Antea male agebam, sed modo pejus ago, quia tot et tanta, quæ mihi jubentur, adimplere non valeo; et vix nisi invitus, aliquid boni perficere valeo. Quid igitur <sup>612</sup>? Væ mihi, væ mihi! Ut quid his credidi qui mihi hæc consulerunt? Putabam quod omnes isti homines essent sancti. Hæc et his similia novitius dicit, dum ordo illi imprimis <sup>613</sup> videtur gravis; sed postquam sensit et secum considerat <sup>614</sup> quia, hæc unanimiter patiendo, sic omnia sua posse aboleri peccata sicque sanitatem animæ citius recuperare, totum quod antea grave videbatur, paulatim leve efficitur, et quasi jam nihil male habens, lætari incipit, Deo gratias agit, quia monachatum suscipere meruerit, et omnes qui tale consilium sibi dederunt benedicunt.

#### CAPUT LXXVIII.

*Contentio inter monachos conversos, et nutritos* <sup>615</sup>.

Verum quia de conversis et nutritis congregatur ordo monachorum, dicendum est quod solet esse contentio quædam inter nutritos monachos et conversos. Asserunt enim <sup>616</sup> nutriti se nulla crimina commisisse, nec se in sæculi sordibus coinquinasse, sed quia mundam ab infantia vitam duxerunt, et in Dei servitio semper laboraverunt, illos vero e contrario semper vixisse <sup>617</sup> considerant, et ideo merito inferiores esse judicant. At contra conversi, quia scientiam exteriorum habent et res <sup>618</sup> monasterii sapienter tractant, nutritis ipsis necessaria inveniunt, ordinem quoque suum ferventius plerumque custodiunt, illos vero parum in his valere considerant, ideo se meliores illis æstimant, sicque aliis alii se præferunt, dum non suam, sed aliorum infirmitatem attendunt. Sed si vere monachi essent, sic esset inter eos quomodo inter angelos in cœlis et homines sanctos. Angeli enim sunt quasi nutriti,

<sup>A</sup> sancti vero homines quasi conversi. Sed nec angeli sanctos despiciunt, quia tentationibus aliquando victi sunt, nec sancti angelos, quia nullam, quam vincerent, passi sunt tentationem. Si enim Michael diceret Petro: Tu Dominum negasti, posset Petrus respondere: Verum quidem est quod dicis, sed tu pro Domino nunquam vel unum colaphum sustinuisti. Quod omnino non faciunt, sed ita existunt concordantes ac si omnes essent angeli, vel homines. Sic ergo sunt <sup>619</sup> isti ac si nutriti sint omnes aut conversi.

#### CAPUT LXXIX.

*Similitudo inter monachos, et angelos, et Deum* <sup>620</sup>.

Sic est inter monachorum congregationem in terris et congregationem angelorum in cœlis, quomodo inter eos qui sunt adhuc exterius in cella novitiorum, et illos qui jam sunt interius in congregatione monachorum, qui, ut prævalent <sup>621</sup>, in omnibus se perfecte custodiunt. Hos enim abbas per semetipsum jam omnia docuit quæ vult eos observare; illis vero magistros ex istis præponit qui eos doceant quæ debeant custodire. Isti jam probati sunt in omni humilitate, et obedientia, et patientia, et observatione omnium quæ ordo exposcit. Illi vero adhuc probandi <sup>622</sup> sunt, utrum velint esse humiles, obediens, patientes, et observare omnia quæ ordo requirit. Unumquemque ergo illorum is qui eis magister deputatus est probat, et arguendo et increpando. Plerumque etiam flagellando tentat an aptus ad suscipiendum <sup>623</sup> in congregatione aliorum existat. Quem si viderit cuncta patienter sustinere et aliorum consortio per omnia dignum esse, venit ad abbatem nuntians ei coram omni congregatione: Domine, inquit, novitius ille, quem mihi commisisti, <sup>624</sup> ita perfecte se habet omnibus modis, quod jam est dignus inter nos esse, si jubetis. Quibus auditis, abbas aut eum recipit, communi consilio fratrum, aut adhuc dimittit, ad exemplum aliorum novitiorum. Sicque de isto novitio condigne agitur, qui servorum Dei consortio jam dignus habetur. Illum autem novitium, quem magister suus viderit inobedientem, impatientem, superbum, susceptione indignum, postquam eum diu toleraverit, multisque modis emendare tentaverit <sup>625</sup>, tandem si nihil proficere potest, venit ad abbatem, et talia ei refert: Domine, inquit, novitius ille quem habui in <sup>626</sup> custodia, ut eum docerem quomodo posset esse dignus conversatione nostra, ita perverse se habet in omnibus quæ agit ut nec inter reliquos novitios dignus sit conversari. Providere itaque vobis convenit quid potius de eo faciendum sit. Ad hoc ille respondens,

#### VARIÆ LECTIONES.

<sup>611</sup> Conceditur et suscipitur. Sed *ms A. I.* conceditur. Sed <sup>612</sup> Et vix nisi invitus, aliquid boni perficere valeo. Quid igitur? *ms A. I.* omit. <sup>613</sup> In principio *mss et Edit. Colon.* imprimis <sup>614</sup> Sensit, et secum considerat, quia etc. *ms A. I.* hæc abbreviat <sup>615</sup> Inter conversos Monachos, et nutritos *ms Vict. et Edit. Col.* Inter Monachos nutritos et conversos <sup>616</sup> Attendunt enim *ms Vict. 13* asserunt enim <sup>617</sup> E contrario vixisse *mss* contrario semper vixisse <sup>618</sup> Habent et res *ms A. I.* habent, res <sup>619</sup> Sic ergo sunt *ms A. I.* sic ergo sint <sup>620</sup> Et Deum *ms Vict. A. I. et Edit. Colon.* omittunt <sup>621</sup> Ut prævaleant *mss* ut prævalent <sup>622</sup> Adhuc probandi *ms Vict. 13* ad hæc probandi <sup>623</sup> Ad recipiendum *ms A. I. et Edit. Col. et ms Vict. 13* ad suscipiendum <sup>624</sup> Mihi commisisti *mss A. I. Vict. 13 et Edit. Colon.* mihi commendastis <sup>625</sup> Tentaverit, *mss A. I. Vict. 13 et Edit. Col.* tentavit, <sup>626</sup> Quem habui in *mss A. I. et Vict. 13 et Edit. Col.* quem habebam in

magistrum hortatur ut eum adhuc omnibus modis emendare conetur, dicens melius esse illum inter reliquos tolerare quam dimittere ad sæculum reverti<sup>627</sup>. Sicque novitius iste nec in congregatione recipitur, nec a cella novitiorum expellitur. Similiter ergo est considerandum per omnia inter Deum, et angelos, et monachos, quomodo inter illum abbatem, et magistrum, atque novitios monachos.

## CAPUT LXXX.

*Similitudo inter Deum, et quemlibet imperatorem*<sup>628</sup>.

Videndum etiam est sic<sup>629</sup> esse inter Deum, angelos et homines<sup>630</sup>, quomodo inter imperatorem terrenum et sibi obsequentes. Tria quippe sunt genera hominum quæ terreno imperatori serviunt. Alii enim serviunt ei pro terris quas habent, nihil aliud quærentes nisi quod tenent; alii, quia terras<sup>631</sup> recuperare volunt quas eorum parentes aliqua sua culpa perdidit; alii vero pro solidatis<sup>632</sup> tantum. Illos itaque<sup>633</sup> dominus honestius tractat qui nihil unquam deliquerunt, nec aliud quam quod habent quærent. Ii radicati sunt et fundati, nec evelli formidant, dum se in voluntate domini sui conservant<sup>634</sup>. Illos vero, quorum parentes sibi peccaverunt quique pro illorum<sup>635</sup> hæreditate sibi serviunt<sup>636</sup>, aliquanto vilius<sup>637</sup> tractat, modisque diversis tentat, videlicet conviciando, comminando, quædam gravia jubendo, quandoque etiam flagellando. Qui si hæc omnia humiliter sustinuerint et Domini sui misericordiam patienter expectaverint, tandem eis dominus hæreditatem patrum suorum reddit. Si vero noluerint hæc tolerare, nec suam valent hæreditatem recuperare, nec aliud vult eis dominus dare. Illi autem qui nihil aliud quærent quam solidatas<sup>638</sup> et ut bene pascantur, tandiu imperatori obsequuntur quandiu hæc eis largitur. Quæ si eis abundanter donaverit, laudant eum, et dicunt quia vere<sup>639</sup> domino tali serviendum est, qui talia<sup>640</sup> servientibus sibi confert. Si vero hæc illis dare destiterit, statim recedunt, ipso vituperato, et incipiunt servire ipsius inimico. Tria igitur hæc sunt<sup>641</sup> genera hominum alicui terreno imperatori militantium. Similiter autem tria sunt genera eorum qui superno Regi deserviunt. Primum genus sunt angeli, qui, æterna beatitudine stabiles, sibi sine omni intermissione servientes. Aliud vero, homines boni sunt, qui

A in quantum possunt, suæ voluntati obediunt, sicque ad regnum cælorum, patris sui Adæ culpa perditum, hæreditario jure pervenire contendunt. Tertium autem hi, qui tantum pro terrenis serviunt commodis, quasi milites stipendiarii. Sic ergo per omnia est considerandum inter hæc tria genera et Deum, quomodo inter alia tria supradicta et imperatorem suum.

## CAPUT LXXXI.

*Quod monacho prosit, si aliquod bonum invitatus faciat.*

Contingit aliquando quempiam<sup>642</sup> sic abundare humoribus malis ut, nisi secetur, aliter sanari non possit. Ut ergo ab eis possit ex toto mundari, sponte sua prius se faciat ligari, rogans etiam eos qui eum secturi sunt, ut non eum dimittant, quidquid ipse dicat, donec eum perfecte secuerint. Cum ergo putredinem pungere cœperint et resecare, clamat, et dicit se prius nihil<sup>643</sup> mali habere, comminaturque eos, nisi eum dimiserint, occidere. Sed illi, qui eum hoc dicere propter dolorem sciunt, non verba illius attendunt, sed, ut cœperant, putredinem perfecte abscindunt. Cum autem ad plenum mundatus melius habuerit, eisdem, quos antea<sup>644</sup> minabatur occidere<sup>645</sup>, gratias agit, quod non eum ad voluntatem suam dimiserint. Quid ergo? Nunquid non ideo prodest ei sectio, qui eam toleravit invitatus, cum ad eam tolerandam se fecit ligari spontaneus<sup>646</sup>? Prodest revera, quia per eam abscissa est infirmitas et reparata est sanitas<sup>647</sup>. Similiter autem plerumque contingit ut aliquis redundet vitus, et intelligat quod aliter salvari non valeat, nisi a se ferro districtioris pœnitentiæ<sup>648</sup> fuerint resecata. Ut ergo inde purgari perfecte queat, alicui in monasterio sponte sua se alligat. Professionem etenim faciens, ibi stabilitatem morumque suorum conversionem promittit, sequē intra monasterii claustra eo tendere recludit ut medici spirituales, videlicet sui pastores qui eum corrigere debent, quidquid ipse postea dicat, non eum dimittant, sed ejus vitia resecant et emendant. At plerumque cum eum cœperint ad meliora stimulare, et ejus vitia corripiendo resecare, recalcitrat atque irascitur, dicens se non esse culpabilem, unde reprehenditur, ipsosque qui eum arguunt alioquando etiam perimere minatur. Hi vero, qui hoc

## VARIAE LECTIONES.

<sup>627</sup> Reverti *mss A. 1 Vict. 13 et Edit. Col.* reverti dimittitur <sup>628</sup> Et aliquem Imperatorem *ms Victor. 13 et Edit. Col.* et quemlibet Imperatorem <sup>629</sup> Videndum est, sic *manuscript. A. 1* videndum etiam sic <sup>630</sup> Et homines et Angelos *manuscript.* Angelos et homines <sup>631</sup> Alii, qui terras *mss A. 1 Vict. 13 et Edit. Colon.* alii, quia terras <sup>632</sup> Per solidatis *ms A. 1* pro solidis <sup>633</sup> Illos itaque *etc. usque ad hæc*: et ut bene pascantur, *transposita sunt* <sup>634</sup> Hi radicati sunt et fundati, nec evelli formidant dum te in voluntate Domini sui conservant. *Hæc desunt in ms. A. 1* <sup>635</sup> Quinque pro illorum *mss A. 1 Vict. et Edit. Col.* quinque illorum <sup>636</sup> Sibi serviunt *ms A. 1 omit.* sibi <sup>637</sup> Aliquando vilius *ms A. 1* aliquanto vilius <sup>638</sup> Quam solidata *ms A. 1* quam solidos <sup>639</sup> Dicunt vere *mss Vict. et Edit. Col.* dicunt, quia vere <sup>640</sup> Quia talia *mss A. 1 Vict. 13 et Edit. Col.* qui talia <sup>641</sup> Tria igitur hæc sunt *ms A. 1* Tria hæc sunt <sup>642</sup> Contingit aliquando quempiam *ms A. 1* Sed ad hoc quis dicat nihil Monacho prodesse quod invitatus cogitur agere. Cui respondendum est quia aliquando contingit quempiam. <sup>643</sup> Se prius nihil *ms A. 1* Se nihil <sup>644</sup> Quos antea *ms A. 1* quibus antea <sup>645</sup> Minabatur occidere *ms A. 1 omit.* occidere <sup>646</sup> Voluntarius *mss et Edit. Col.* spontaneus <sup>647</sup> Reparata est sanitas *ms A. 1* reparata sanitas <sup>648</sup> Ferro districtioris pœnitentiæ *ms A. 1 omit.*



eum proferré propter ordinis distractionem cognoscunt, non eum ideo dimittunt, sed ab eo districte stultitiam, ut prævalent, nunc hoc nunc illo modo abscindunt<sup>659</sup>. Cum itaque fuerit emendatus a vitiis, et mitior factus, ad se reversus eisdem gratias reddit, quibus irascebatur, quod eum reprehensum<sup>660</sup> correxerint. Quid igitur? Nunquid non ideo sibi proderit illa tanta districtio, quia eam infirmitate carnis<sup>661</sup> invitus ad horam sustinuit<sup>662</sup>, cum ad eam sufferendam sponte sua in monasterio se alligaverit? Proderit utique, quia et per eam liberatur ab omni infirmitate vitiorum, et redit ad veram sanitatem virtutum. Sed dicet aliquis<sup>663</sup>: Melius esset ut Deo sine professione serviret spontaneus quam in monasterio professione se alligans servire cogereetur invitus.

#### CAPUT LXXXII.

*Quam magna<sup>664</sup> sit spes monachi professi.*

Hic autem est respondendum quia tanta distantia est inter illum qui non vult facere Deo promissionem serviendi sibi<sup>665</sup>, et eum qui libenter eam facit, quanta inter homines duos qui ambo ex debito debent servire domino uni. Sed unus eorum accedit ad dominum, et dicit: Domine, ex toto corde tibi servire volo, sed esse tibi fidelem promittere nolo. Quia si hoc tibi promisso, postea peccarem<sup>666</sup>, gravius delinquens graviori vindicta dignus esisterem. Quanto tamen melius potero, serviam tibi, sed, si quando peccavero tibi, judica me ut illum qui se tibi esse fidelem minime promisit. Alter vero venit, et dicit: Domine, ex toto corde meo te diligo, tibi que fidelitatem et subjectionem promitto, ut, si aliquando fecero contra præceptum tuum, non me judices ut alienum, sed emendes ut proprium servum. His itaque dictis, evenit ut ambo idem peccatum postea faciant, ac deinde poenitentes<sup>667</sup> ad misericordiam domini sui veniant. Dicit itaque dominus illi qui sibi fidelitatem promittere noluit: Quare hoc fecisti? At ille: Domine, inquit, confiteor quia deliqui, sed tamen me tibi non esse delicturum non promisi. Sed ille: Ideone, inquit, noluisti mihi fidelitatem promittere, ut posses contra me liberior peccare? Ergo et ego contra te, non ut erga meum, sed ut adversus alienum agam, totumque quod erit mei juris<sup>668</sup>, usque ad ultimum qua-

drantem exigam. Hoc ita judicato<sup>669</sup>, convertitur ad alium et dicit<sup>670</sup>: Et tu, male serve<sup>661</sup>, qui mihi fidelitatem promiseras, et ideo tibi magis cavere debueras, quare hoc fecisti? At ille: Domine, ait, confiteor revera me deliquisse tibi que fidelitatem promisisse. Sed postquam me poenitet me deliquisse<sup>662</sup>, debeo ego pejus pati, quia tibi fidelitatem, antequam deliquissem, promisi, quam ille qui hanc tibi vult promittere, etiam postquam peccavit? Ideo quippe volui me esse tuum ut, si quando peccarem, non me judicares ut alienum, sed emendarés ut proprium. At dominus: Ita est, inquit, ut dicis. Cum ergo voluero, de te vindictam accipiam, ut de meo. Sic autem et Deus inter professum monachum et nolentem profiteri judicat, si eos contra eum peccasse poeniteat. Non solum autem professum mitius judicat<sup>663</sup> non professo, sed etiam quolibet laico adhuc in sæculo constituto. Licet enim utique idem peccatum committat, tamen si toto ex corde monachum poeniteat deliquisse, eumque ordinem, cui se subdidit, ferventi<sup>664</sup> amore custodiat, majorem quam laicus misericordiam consequetur, quantumlibet ille poeniteat sæcularibus adhuc contentus. Si vero poenitere noluerit, majorem quam laicus damnationi subiacebit.

#### CAPUT LXXXIII.

*Similitudo inter monachum peccantem et laicum.*

Quod ut apertius a simili videamus, homines duos unius domini servos intueamur. Ambo itaque a domino illo possessiones proprias obtineant sibi, sub jurejurando<sup>665</sup> promisso quod ei fideles existant. Unus tamen illorum conditione tali hoc faciat quod, si quid<sup>666</sup> in eum quandoque delinquat<sup>667</sup>, de proprio suo, prout fuerit justum, sibi emendet; alter vero dominum suum adeo diligit ut nihil proprium retinere, omnibus ei dominissis, familiarius sibi malit<sup>668</sup> servire. Hoc etiam pactum cum eo faciat<sup>669</sup> quod, si aliquando<sup>670</sup> quid contra eum committat, de seipso, non de re<sup>671</sup> aliena, sed ut de proprio, quam voluerit vindictam assumat. His igitur actis, si culpam eandem committit uterque, ac deinde poenitentia ducti velint emendare, sed ille de proprio, quod nec adhuc totum vult dare pro illius culpæ satisfactione, iste vero de seipso quem etiam totum domino mancipaverat prius, vi-

#### VARIAE LECTIONES.

<sup>659</sup> Ut prævalent, nunc hoc illo modo abscindunt *ms A. 1* prævalent, abscindunt <sup>660</sup> Eum reprehendendo *mss A. 1 et Vict. 15 et Edit. Col.* eum reprehensum <sup>661</sup> Infirmitatem carnis *mss infirmitate carnis* <sup>662</sup> Invitus sustinuit *mss ad horam sustinuit ms A. 1* invitus ad horam sustinuit <sup>663</sup> Sed dicet aliquis *In mss hic incipit Caput 82* <sup>664</sup> Quam magna *mss et Edit. Col.* Quam magna <sup>665</sup> Ad serviendum sibi *mss et Edit. Col.* serviendi sibi <sup>666</sup> Si hoc tibi promitto, et postea sibi peccarem *mss si hoc tibi promisso, postea peccarem* <sup>667</sup> Deinde poenitenter *mss et Edit. Col.* deinde poenitentes <sup>668</sup> Mei juris *mss B. 1 et Vict. 15 et Edit. Col.* juris <sup>669</sup> Hoc itaque judicato *mss A. 1 Vict. 15 et Edit. Col.* hoc ita judicato <sup>670</sup> Conversus ad alium dicit *mss A. 1 Vict. 15 et Edit. Col.* convertitur ad alium, et dicit; <sup>671</sup> Et tu serve *mss et tu male serve* <sup>672</sup> Poenitet, quia deliqui *mss poenitet me deliquisse* <sup>673</sup> Mitius judicat *mss A. 1 et Vict. 15* melius judicat <sup>674</sup> Cum ex corde Monacho poeniteat deliquisse, eumque ordinem cui se subdidit ferventi *mss tamen si toto ex corde Monachum deliquisse poeniteat, eumque cui se subdidit ordinem ferventi* <sup>675</sup> Sub jurejurando *ms A. 1 Vict. 15 et Edit. Col.* sibi; jurejurando <sup>676</sup> Ut si quid *ms Vict. et Edit. Col.* quod si quid <sup>677</sup> Delinquat *ms A. 1* deliquerit <sup>678</sup> Familiarius sibi malit *ms A. 1* familiarius velit <sup>679</sup> Cum eo faciat *ms A. 1* cum eo componat <sup>680</sup> Ut si aliquando *ms A. 1* <sup>681</sup> Non ut de re *ms A. 1 Vict. 15 et Edit. Col.* non de re

deatque <sup>672</sup> dominus quod ille tantum facere nolit, A etiam <sup>673</sup> postquam sibi peccavit, quantum iste, priusquam in illum delinqueret, fecit. De quo, inquam, majorem velle videtur habere misericordiam <sup>674</sup>, an cum illo <sup>675</sup> videtur velle mitius agere quem operibus <sup>676</sup> comprobat se minus diligere? Quod si hunc alterum velit altero durius arguere <sup>677</sup>, seive, inquam, male, quanto mihi etas familiarior, tanto es culpabilior, potest iste sibi sic respondere: Domine, inquam, verum est quod dicis, sed quandiu poenitere nolui: at postquam <sup>678</sup> toto corde poeniteo, meque ipsum in emendationem trado, nunquidnam prius illo debeo pati qui nec illud quod habet, tibi totum vult dare pro satisfactione sui commissi? Justumne tibi videtur ut quia te magis dilexi, minorem debeam misericordiam consequi? Imo eo majorem mihi facere deberes <sup>679</sup> misericordiam quam nullam majorem tibi facere possum satisfactionem? Quid aliud dominus diceret quam quod veritas habet? Hunc ergo mitius judicat, ut ex toto proprium; illum vero severius, ut minus sibi privatum. Sic ergo Deus <sup>680</sup> celerius indulget monacho qui se ei totum committit quam laico dare nolenti, vel sua <sup>681</sup>, pro his quæ commisit.

#### CAPUT LXXXIV.

##### *Similitudo inter monachum et arborem.*

Etenim rursus a simili potest videri, acceptabilius esse Deo bonum opus monachi quam hominis cujuscumque sæcularis. Solet quippe accidere duos esse homines sub domino uno, singulas habentes arbores in proprio solo. Arbores autem illæ fructum ferunt bonum utriusque. Verum quia illi dominum inæqualiter diligunt, etiam ei de fructu earum impariter serviunt. Unus enim eorum, quia minus eum diligit, cum arboris suæ fructus fuerit maturus, colligit fertque inde domino suo quantum sibi fuerit visum. Alter autem adeo dominum amat ut, ad eum veniens, arborem ipsam ei offerat. Domine, inquit, arborem habet quendam, bonum valde fructum ferentem, quæ quia vestræ <sup>682</sup> congruit dignitati, malo eam vestri esse juris quam mei. Eam igitur offero vobis, ut amodo vobis fructificet soli.

Ipsam quoque vestro assignabo præposito, ut ex ea fructum colligit, indeque vobis, prout velle vos noverit, diligenter deserviat. Sed et ego, quanta diligentia potero, eandem <sup>683</sup> vestræ utilitati custodire curabo. Cujus igitur horum obsequium domino illi magis videtur acceptum <sup>684</sup>? An illius, qui, quando quantumque voluerit <sup>685</sup>, dat ei de fructu propriæ arboris, vel illius qui arborem et fructum totaliter offert? Imo magis <sup>686</sup> illius qui arborem totam dat ei cum fructu. Sic ergo servitium <sup>687</sup> monachi Deo est magis acceptum quam hominis sæcularis. Ipsi enim sunt homines duo, qui sub Deo velut arbores quasdam habent seipsos. Ipsi quoque utrique sunt apti ad ferendum fructum operis boni. At quia non eodem modo diligunt Deum, nec ei pariter bene operando deserviunt: sæcularis enim, quia eum minus diligit, tunc tantum, cum bene operandi animum habuerit, boni operis offert Deo quantum voluerit; monachus vero eum diligit in tantum ut ad eum accedens totum ei offerat <sup>688</sup> seipsum, factis ac verbis eum sic alloquens: Domine, inquit, meæ hactenus potestatis eram, quodque mihi libebat bonum malumque faciebam. Verum quia tuus omnino debeo esse, tibi que soli bona tantum opera fructificare, me totum tuæ trado potestati, ut amodo tibi fructificem soli. Quod ut melius facere valeam, me uni ex Ecclesiæ prælatis <sup>689</sup> subdam, qui me custodiens, ea tantum opera doceat facere quæ tibi noverit magis placere. Sed et ego, pro modulo meo, meipsum custodire studebo. Cujus ergo munus Deo est <sup>690</sup> acceptabilius? An illius qui sibi offert quædam ex operibus suis, plurimam vero subtrahit? Imo illius magis, qui dat ei seipsum cum operibus suis <sup>691</sup>. Nec ideo propria privatur mercede, quia sæpe bonum opus cogitur agere. Sicut enim is qui arborem totam commisit præposito domini sui, ut ex ea fructum colligeret, ex quo et domino suo, prout eum velle nosset <sup>692</sup>, deserviret. Ut, inquam, proprium non perdit meritum, si ille colligit fructum, priusquam maturescat, aut in arbore dimittat <sup>693</sup>, donec putrescat: sic monachus, qui se totum commisit prælato, ut eum custodiret, eaque opera tan-

#### VARIAE LECTIONES.

<sup>672</sup> De seipso, quoniam etiam toti (*Edit. Col. totum*) jam prius domini sui mancipaverat potestati: videatque *mss.* De seipso, quem etiam totum domino mancipaverat prius: videatque <sup>673</sup> Facere noluerit, etiam *mss.* facere nolit, vel <sup>674</sup> Habere misericordiam *mss et Edit. Col.* habere misericordiam, <sup>675</sup> An cum illo *ms A. 1* ac cum illo <sup>676</sup> Agere quam cum illo quem operibus *mss et Edit. Col.* agere quem operibus <sup>677</sup> Quod si hunc velit altero durius arguere *mss et Edit. Col.* Quod si hunc alterum velit altero durius arguere *ms A. 1* quod si hunc alterum velit durius arguere <sup>678</sup> Dicis. Sed quandiu.. ac postquam *ms A. 1* dicis: sed quandiu.. at postquam <sup>679</sup> Facere deberes *ms A. 1* facere debere <sup>680</sup> Sic enim Deus *mss A. 1 Vict. et Edit. Col.* sic ergo et Deus <sup>681</sup> Nolenti se vel sua *mss A. 1 Vict. 15 et Edit. Col.* nolenti vel sua <sup>682</sup> Quæ si vestræ *mss A. 1 Vict. 15 et Edit. Col.* quæ quia vestræ <sup>683</sup> Vestræ voluntati custodire *ms A. 1* nobis custodire *ms Vict. 15 et Edit. Col.* vestræ utilitati custodire <sup>684</sup> Cujus igitur obsequium domino magis videtur esse acceptum *mss et Edit. Col.* cuius igitur horum obsequium domino illis magis videtur acceptum <sup>685</sup> Qui quantumcumque voluerit *mss* qui quando quantumque <sup>686</sup> Arboris? Vel illius qui arborem et fructum totaliter offert. Immo magis *etc. ms A. 1 Vict. et Edit. Col.* arboris? Immo magis *etc.* <sup>687</sup> Sic ergo et servitium *ms Vict. 15* sic ergo servitium <sup>688</sup> Vero eum diligit in tantum, ut ad eum accedens, totum ei offerret *Edit. Col.* vero cum diligit in tantum eum, accedens totum ei offerat <sup>689</sup> Ecclesiæ Prælati *mss A. 1 Vict. 15 et Edit. Col.* Ecclesiæ tuæ Prælati <sup>690</sup> Munus magis Deo est *mss* munus Deo est <sup>691</sup> Operibus suis cunctis *ms A. 1 omit. cunctis Edit. Col. omit.* suis <sup>692</sup> Velle noscet *L.* velle nosset <sup>693</sup> Dimittat e contra *ms Vict. 15 omit. e contra*

tum <sup>694</sup> ab eo agenda exigeret <sup>695</sup>, quæ Deo placere A potius nosset <sup>696</sup>. Sic, inquam, propriam non perdet <sup>697</sup> mercedem, si quid operis boni agere cogatur antequam velit, vel econtra prohibeatur, cum agere velit, donec et ipsam amittat voluntatem agendi. Non ergo omittere debet quidquid boni prælatus ei præcipiat, vel præsumere ut agat, a quibuscunque eum prohibeat. Est enim illius prævidere <sup>698</sup> quid præcipiat, quidve prohibeat; hujus vero sequi eum in bono <sup>699</sup> per omnia. Sed ut hoc voluntate obedienti faciat, noverit a simili quot sunt voluntatis subditorum genera <sup>700</sup>.

## CAPUT LXXXV.

*Similitudo inter matronam et divinam voluntatem.*

Accidit quandoque matronam aliquam filias cum <sup>701</sup> ancillis magistræ commendare, ut eas opera mulieribus congrua doceat. Illis vero præcipit ut <sup>702</sup> ei cunctæ obediunt, quodque sibi faciendum <sup>703</sup> injunxerit, expedite adimpleant. Hoc itaque disposito, magistra eas in unum congregat, et jungit cuique quid agere debeat, et ne foras egrediantur observat.

## CAPUT LXXXVI.

*De filiabus matronæ.*

Quibus ita sub ejus magisterio <sup>704</sup> astrictis, bonæ quidem filix per omnia sibi obtemperant, sed nec abeundi foras licentiam quærere curant <sup>705</sup>.

## CAPUT LXXXVII.

*De ancillis ejus bonis.*

Ancillæ quoque <sup>706</sup> similiter faciunt, excepto quod instabilius existunt. Quia enim lædet eas in custodia diutius esse, licentiam foras <sup>707</sup> exeundi quærunt quandoque. Quam si <sup>708</sup> obtinere non valent, non inde tristantur, vel murmurant, sed tantum dicunt <sup>709</sup> quia datam libenter acciperent. Quod si eis concessa fuerit, egrediuntur <sup>710</sup> quo eis visum fuerit, cessantque interim <sup>711</sup> ab operibus suis.

## CAPUT LXXXVIII.

*De ancilla latrone.*

Inter eas autem quandoque est latro quædam, præceptis magistræ vix obedire volens. Hæc quia custodia <sup>712</sup> lædio semper existit, licentiam exeundi sæpius quærit, et causas quæ rationabiles videantur adinvenit. Quam si obtinere non potest, contri-

statur vehementer et dolet, suæque magistræ, si audet, durius respondet. Si autem aperte ausa non fuerit, ei occulte <sup>713</sup> detrahit, quodque faciebat opus intermittit. Quod si operari jussa fuerit, præ-tendit protinus quod sit infirma. Aut si quando <sup>714</sup> se solam viderit, protinus exsilit, ostium petit, huc illucque circumspicit, mandat illi vel illi licentiam quærere secum loquendi. Quod si in hoc reperta fuerit atque correpta, prosilit statim in hujusmodi verba. Quid, inquit, feci, quod sic debeam <sup>715</sup> corripiri? Quæ mihi visa sum agere, quia inferuntur tot mihi <sup>716</sup> contumeliæ? Sed jam satis apertum videtur quam injuste contra me agatur <sup>717</sup>. Itaque residet mœsta, dolens, quod ita sit reprehensa. At postquam ad modicum ille dolor resedit, maturitatem quandam præ-tendit. Cumque æstimat quod ab aliis reputetur matura, licentiam rursus quærere tentat. Quam si habere nequiverit, protinus subdit: Stultus est, inquit, qui bene agit, cum æque boni tractentur et mali <sup>718</sup>. Quod si licentiam habere poterit, foras confestim egreditur, huc illucque vagatur, juvenum consortia expetit, multa non agenda committit. Ut ergo hac similitudine potest colligi, tria sunt genera voluntatis in subditis.

## CAPUT LXXXIX.

*De obedientia, licentia, et inobedientia.*

Horum autem primum obedientia, secundum licentia, tertium inobedientia dici potest. Hæc vero genera omnia inveniri possunt in monachis, quos matrona quædam magistræ cuidam commendavit, id est voluntas divina voluntati abbatis eorum supposuit <sup>719</sup>. Licentia quippe <sup>720</sup> multos decipit. Obedientia vero et inobedientia contraria sunt; harum media, licentia est. Is ergo quem obedientia constringit claustra non egredi, vult tamen exire, regulæque distinctionem licenter <sup>721</sup> declinare, quamvis nolit sine licentia id præsumere, et idcirco actum suum licentia qua prævalet conatur defendere, peccatum profecto habet ex illa illicita voluntate. Non enim postquam mortuus est mundo, claustrum subiit ad mundi negotia, vel voluntate, ullatenus redire debuit, velle tamen suum non nisi permisus facto implere voluit <sup>722</sup>. Obedientia ergo quam

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>694</sup> Ea opera tantum *mss et Edit. Colon.* eaque opera tantum <sup>695</sup> Exiget *mss* exigeret <sup>696</sup> Potius noscet *mss* potius nosset <sup>697</sup> Propriam non perdit *ms A. 1* propriam non perdet <sup>698</sup> Est enim illius prævidere *mss A. 1 Vict. 13.* Sit enim illius prævidere <sup>699</sup> Cum in bono *mss A. 1 Vict. 13* eum in bono <sup>700</sup> Per omnia *ms A. 1* per omnia. Sed ut hoc voluntate obedienti faciat, noverit a simili quot sunt voluntatis subditorum genera <sup>701</sup> Filiam cum *ms A. 1 Vict. 13 et Edit. Col.* filias cum <sup>702</sup> Præcepit ut *mss et Edit. Col.* præcipit ut <sup>703</sup> Quodque sibi faciendum *ms Vict. et Edit. Col.* quodque faciendum <sup>704</sup> Sub magisterio *mss et Edit. Col.* sub ejus magisterio <sup>705</sup> Quærere curant *ms Vict. et Edit. Col.* quærere curant <sup>706</sup> Ancillæ vero *mss A. 1 Vict. 13 et Edit. Col.* ancillæ quoque <sup>707</sup> Licentia foras *mss et Edit. Col.* licentiam foras <sup>708</sup> Quam si forte *mss A. 1 Vict. 13 et Edit. Col.* omittunt forte <sup>709</sup> Tantum dicunt *ms Vict. 13* sed tantum dicunt <sup>710</sup> Concessum fuerit egrediuntur *mss* concessa fuerit egrediuntur *ms Vict.* concessa egrediuntur <sup>711</sup> Cessant interim *mss A. 1 Vict. 13 et Edit. Col.* cessantque interim <sup>712</sup> Vix obedire volens. Hæc igitur quia custodia *mss A. 1 et Vict. 13* vix obedire volens. Hæc qui custodia <sup>713</sup> Si vero aperta causa ei non fuerit, ei occulte *mss* si autem aperte ausa non fuerit, occulte <sup>714</sup> Ac si quando *ms A. 1* aut si quando <sup>715</sup> Quod sic debeam *mss A. 1 et Vict. 13* quo sic debeam <sup>716</sup> Inferuntur mihi *mss* inferuntur tot mihi <sup>717</sup> Contra me agant *mss et Edit. Col.* contra me agatur <sup>718</sup> Tractentur ut mali. *mss et Edit. Colon.* tractentur et mali <sup>719</sup> Eorum supposuit. *In ms A. 1 et cætera hujus Capituli omittuntur* <sup>720</sup> Licentia quippe *ms Vict. 13 et Edit. Col.* licentia igitur <sup>721</sup> Distinctionem libenter *mss et Edit. Col.* distinctionem licenter <sup>722</sup> Implere vult *mss et Edit. Col.* implere voluit

in hoc amplexus est, ipsum factum excusabit, sed velle quod contra obedientiam habuit, periculosum, nisi pœnituerit, illi erit. Quod nonnulli, minus attendentes, licentia quam pro implenda voluntate sua expetunt sæpe falluntur. Ut igitur breviter loquar et succincte, sub ipsa obedientia viventes sunt matronæ regalis filiæ<sup>723</sup>. Ancillarum vero nomine, licentiæ adhærentes accipe. Inobedientia vero, quæ dicitur et ipsa latro, rebelles designantur<sup>724</sup> in ordine monastico.

## CAPUT XC.

*Similitudo inter monachum et denarium.*

Rursus a simili possumus videre quot in perfecto<sup>725</sup> monacho debeant esse. Tria cuique bono insunt denario, quæ cuique bono debent<sup>726</sup> inesse monacho. Denarius quippe bonus puro ex ære, recto pondere monetaque legitima debet constare, si enim unum ex his defuerit, venalis esse non poterit. Ut ergo venalis valeat esse, hæc tria pariter debet habere. Hæc quoque debet habere et monachus, ut vere monachus esse reputetur. Ejus quippe metalli puritas, pura est ejus obedientia; nulla enim inobedientiæ impuritas, sed sola in eo debet esse obedientia. Rectum vero illius pondus, stabilitas est propositi ejus. Non enim leviter<sup>727</sup> exsufflari debet ab eo quod cœperit, sed usque in finem perseverare stabilis. Illius autem moneta, habitus est monachalis, atque tonsura, ante et retro, et his consimilia. Sicut enim denarius a moneta dignoscitur, cujus sit regionis<sup>728</sup>, sic ab istis monachus cujus sit ordinis. Is autem monachus qui adeo est senex ut ante et retro jam nequeat inclinare, denario illi est similis cujus monetam temporis antiquitas jam delevat. Iste vero qui<sup>729</sup> habitam monachalem non adhuc, sed vitam suscepit, et ideo nomen non habet monachi, assimilatur nummo ponderoso, monetam tamen non habenti, et ideo non æque venali. Verum sicut<sup>730</sup> qui thesaurum congregare desiderat, hujusmodi nummum, æque ut habentem<sup>731</sup> monetam, amat, sic Deus qui thesauro cœlesti nos omnes reponere cupit<sup>732</sup>; hujusmodi hominem, æque ut habitum monachi habentem, ibi reponit. Quem autem viderit habitum quidem monachicum habere<sup>733</sup>, sed ex ære impuro id est inobedientem esse, hunc the-

A sauro<sup>734</sup> cœlesti nunquam reponit, sicut nullus denarium falsum, licet apte monetatum, suo<sup>735</sup> thesauro reponere quærit. Quem vero viderit obedientem esse, etsi aliquando fragilitate peccet humana, non hunc tamen repellit, si vere pœniteat<sup>736</sup>. Ut enim ab invalido denario, denarius<sup>737</sup> falsus, sic a debili differt monachus falsus<sup>738</sup>. Invalidus quippe<sup>739</sup> denarius minus habet pondus quam debeat habere<sup>740</sup>, sed illud quod habet puro ex ære<sup>741</sup> constat. Falsus vero eandem quam bonus monetam præterdit, sed interius latet falsitas æris. Sic falsus monachus eundem quem bonus<sup>742</sup> habitum habet, sed inobedientiæ falsitas interius latet. Debilis vero, sed obediens, licet non tantam, quin aliquando cadat, habeat stabilitatem, obedientiæ tamen retinet puritatem. Mox etenim pœnitent eum quia deliquit, quodque ei præcipitur, pura obedientia facit. Ille ergo, ut denarius falsus, a cœlesti thesauro repellitur, huic vero, pro sui modulo vigoris, ibi reponitur. Nihil igitur cuiquam prodest habitum monachi exterioriorem habere, si non studuerit et interioriorem retinere<sup>743</sup>. Duo quippe sunt ordinis genera viro religioso convenientia. Unum exterius, quo religiosus videtur<sup>744</sup>; aliud vero interius, quo religiosus habetur<sup>745</sup>. Et illud quidem exterius factitii, hoc vero interius, naturalis est ordinis<sup>746</sup>. Factitii quippe ordinis factitiæ sunt consuetudines, ut in ordine monachorum inveniuntur plures. Has etenim homines adinvenerunt, quibusdam de causis rationabilibus<sup>747</sup> servandas instituerunt. Naturalis vero<sup>748</sup> ordinis naturales sunt virtutes, ut humilitas, caritas, et aliæ plures. Has enim Deus ipse<sup>749</sup> naturaliter indidit homini, suæque causa salutis servandas mandavit. Ille itaque factitius ordo sine isto nihil homini prodest, iste vero sine illo etiam salvare hominem potest; ut tamen servari valeat iste, valde necessarius sibi est et ille<sup>750</sup>.

## CAPUT XCI.

*De similitudine inter corrigiam et sotularem, et inter ordinem factitium et naturalem.*

Sic enim est inter ordinem factitium et naturalem quomodo inter corrigiam et sotularem. Corrigianaque sola colligata pedi, nullo est munimento<sup>751</sup>

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>723</sup> Regalis filiæ *ms Vict. 13* regales filiæ <sup>724</sup> Rebelles designatur *ms Vict. 13 et Edit. Col.* rebelliones signantur <sup>725</sup> Quæ in perfecto *mss* quot in perfecto <sup>726</sup> Bono et perfecto debent *mss* bono debent <sup>727</sup> Non enim leviter *Edit. Colon.* non ergo leviter <sup>728</sup> Sit regionis *ms A. 1* sit regiminis <sup>729</sup> Iste vero, qui *ms A. 1.* Is vero, qui <sup>730</sup> Non adhuc : sed vitam suscepit (et ideo nomen non habet monachi) assimilatur nummo ponderoso, monetam tamen non habenti, et ideo non æque venali. Verum sicut *ms A. 1* non adhuc suscepit, et ideo non habet nomen Monachi, assimilatur nummo, monetam nondum habenti et ideo nondum venali. At sicut <sup>731</sup> Ita ut habentem *ms A. 1* æque ut habentem <sup>732</sup> Reponere cupit *ms A. 1* recuperare cupit <sup>733</sup> Monachalem habere *ms A. 1* Monachicum habere <sup>734</sup> Hunc thesauro *ms A. 1* hunc in thesauro <sup>735</sup> Falsum, licet apte monetatum, suo *ms A. 1* falsum suo <sup>736</sup> Si vere pœniteat *manuscript. A. 1* si statim pœniteat <sup>737</sup> A valido denario denarius *manuscript. A. 1* ab invalido denarius <sup>738</sup> Sic a perfecto differt Monachus imperfectus *ms A. 1.* Sic a debili differt Monachus falsus <sup>739</sup> Invalidus enim *mss A. 1 Vict. 13 et Edit. Col.* Invalidus quippe <sup>740</sup> Quam debeat habere, sed *manuscript. A. 1* quam debeat, sed <sup>741</sup> Puro ex ære *ms et Edit. Col.* puro ex ære <sup>742</sup> Eundem quem perfectus *manuscript. A. 1* eundem quem bonus <sup>743</sup> Interioriorem retinere *ms A. 1* interioriorem habere <sup>744</sup> Religiosus videtur *ms Vict. 13* religiosus habetur <sup>745</sup> Religiosus habetur *ms A. 1* religiosus habeatur <sup>746</sup> Factitius quippe ordo *mss Bec. Vict. 13 et Edit. Col.* factitii quippe ordinis <sup>747</sup> De causis rationabilibus *ms A. 1* de causis rationabilibus <sup>748</sup> Naturali vero *mss et Edit. Col.* naturalis vero <sup>749</sup> Deus, ipsi *ms A. 1* Deus ipse <sup>750</sup> Est et ille *ms A. 1* est ille <sup>751</sup> Munimento *ms Vict. 13* munimento

pedi, imo magis inconveniens videtur esse, si ibi sola circumligetur. Sotularis vero, etiam solus pedem munit satisque decenter convenit ei, ne tamen cadat vel tortus fiat, necessaria sibi est corrigia ut ligetur ex ea. Sic licet factitius ordo nihil solus prosit, sed magis dedecet, naturalis vero sine illo et prosit et deceat, ut tamen iste firmus teneatur necessarius ille sibi habetur. Hinc quippe est quod qui religionem interius servare desiderat habitu monachali exterius se alligat, qui quod exterius demonstrat semper eum coarguat<sup>752</sup>, quia, si postea noluerit hoc esse, magis<sup>753</sup> eum dedecet habitus iste. Si enim, verbi gratia, monachus superbus fuerit, qui habitu exteriori humilitatem præterdit, multo inconvenientius esse videtur quam si careret humilitatis habitu. Decet igitur ut quod ostendit exterius studeat et habere interius. Nihil enim pene exterius habet in habitu vel professione sive consuetudine<sup>754</sup> quod non eum commoneat aliquid interius habere.

## CAPUT XCII.

*De vestibus monachi.*

Quod enim viles<sup>755</sup> nigraeque fert vestes, ut<sup>756</sup> se vilem reputet peccatoremque commonet<sup>757</sup>; quod vero eisdem a capite usque ad pedes tegitur, hoc eum facere a principio vitæ usque ad finem hortatur<sup>758</sup>. Quod autem eadem in modum sunt crucis, eum semper habere commonet memoriam Dominicæ passionis.

## CAPUT XCIII.

*De corona et tonsura monachi.*

Corona denique capillorumque tonsura eum esse debere sacerdotem<sup>759</sup> et regem demonstrat. Sacerdotes quippe in Lege mitra tegebant caput ad similitudinem cuius et huic caput raditur. Reges autem corona utuntur<sup>760</sup>, ad cuius similitudinem, hujus capilli tondentur<sup>761</sup>. Hæc itaque cohortantur<sup>762</sup> eum, ut sacerdotis et regis gerat officium.

## CAPUT XCIV.

*De spirituali sacrificio monachorum.*

Officium sacerdotis<sup>763</sup> erat in Lege generis diversi pecora mactare; hujus ergo similiter officium debet esse leonem iræ et crudelitatis interficere, lupum rapaci atis, taurum ferocitatis<sup>764</sup>, vulpem astutiæ,

hircum immunditiæ, glrem somnolentiæ, equum et mulum luxuriæ, asinum pigritiæ, aliaque bestialia vitia in se occidere<sup>765</sup>. Regis autem officium proprium est regere regnum, hostes inde propellere, ne justo injustus injuriam faciat providere, malis depressis, bonos exaltare. Hoc itaque officium debet esse monachi ut suæ mentis regnum regat et corporis<sup>766</sup>. Hinc enim<sup>767</sup> omnia expellere debet vitia, providere ne malus bono appetitus resistat, sed ut bonus malum sibi semper subiciat. Quidquid postremo exterius ostendit in habitu, vel in consuetudine,<sup>768</sup> studeat etiam interius habere. Alioquin, nihil sibi corona sive tonsura proderit, ullusve habitus vel consuetudo monachalis<sup>769</sup>. At sunt plerique qui factitio ordini imputant quod naturalem non servant. Dicunt enim bono animo se pati non posse quod eis imponantur<sup>770</sup> consuetudines tantæ. Queruntur etiam quod in sæculo meliores fuerint eosque monachatus deteriores effecerit. Verum quisquis hoc dicit, denario falso est similis.

## CAPUT XCV.

*Similitudo inter monachatum et ignem.*

Falsus quippe denarius, bonus plerumque esse videtur; at, si in ignem fuerit missus, protinus falsus esse probatur. Sic plerumque male morigeratus homo, bonis esse moribus videtur in sæculo; at si monachus fuerit effectus, culpisque<sup>771</sup> post modum exigentibus regulariter fuerit increpatus, protinus probatur non esse quod videbatur<sup>772</sup>. Qui enim humilis videbatur et patiens, mox superbus invenitur et impatiens. Quod si hoc imputaverit ordini, tale est ac si denarius dicat igni: Tu me falsum fecisti. Non enim falsum<sup>773</sup> eum fecit, sed quod erat ostendit. Sic denique istum non ordo male morigeratum effecit, sed quia hoc jam esset declaravit. Non igitur ordinem sed seipsum accuset moresque perversos in bonos commutet. Nisi enim esse bonis moribus videatur, bona, si quæ exterius<sup>774</sup> agit, parvipenduntur.

## CAPUT XCVI.

*De interiori virtute et exteriori.*

Duo quippe virtutis sunt genera quæ inter se sic differunt ut corpus et anima. Unum enim interius

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>752</sup> Esse arguat *mss A. 1 Vict. 13 et Edit. Col.* eum coarguat <sup>753</sup> Quia si postea noluerit esse, magis *mss.* Quod si postea noluerit esse, magis *Edit. Col.* Quod si postea noluerit hoc esse, magis <sup>754</sup> Habitu vel possessione sive consuetudine *mss* habitu vel consuetudine *mss Victor. Gemmet. et Edit. Colon.* habitu vel professione sive consuetudine <sup>755</sup> Quod enim vilem *ms Vict. 13* Quid enim viles <sup>756</sup> Vestes ut *ms Vict. 13* vestes nisi ut <sup>757</sup> Peccatorum commonet *manuscript. A 1* peccatoremque commonet <sup>758</sup> Hæc est enim talaris tunica et polymita quam filio suo Joseph fecisse legitur Jacob Patriarcha *mss omittunt.* <sup>759</sup> Eum esse sacerdotem *ms Vict. 13 et Edit. Col.* eum esse debere sacerdotem <sup>760</sup> Coronis utuntur *ms A. 1* corona utuntur <sup>761</sup> Tonduntur *mss et Edit. Col.* tondentur <sup>762</sup> Coactant *mss* cohortantur eum <sup>763</sup> Officium similiter sacerdotis *mss A. 1 Vict. 13 et Edit. Col.* officium sacerdotis <sup>764</sup> Tantum ferocitatis *mss A. 1 Vict. 13 et Edit. Col.* taurum feritatis <sup>765</sup> Vitia occidere *mss* vitia in se occidere <sup>766</sup> Ut suæ mentis regnum regat et corporis. *ms Vict. 13 omittit* <sup>767</sup> Hinc enim *ms Vict. 13* hic enim <sup>768</sup> Vel in ipsa professione *ms A. 1 omittit* <sup>769</sup> Habitus monachalis *ms A. 1* habitus vel consuetudo monachalis <sup>770</sup> Eis imponantur *mss A. 1 Vict. 13 et Edit. Colon.* eis imponuntur <sup>771</sup> Verum si rigorem arripuerit aliquo instinctu Monachatus; culpisque *mss* At si Monachus fuerit effectus, culpisque <sup>772</sup> Videbatur esse et *mss A. 1 Vict. 13 et Edit. Col.* videbatur et <sup>773</sup> Non autem falsum *mss* non enim falsum <sup>774</sup> Si quæ exterius *ms A. 1* quæ exterius

et invisibile, aliud vero exterius est atque visibile. A debeat more hortulani <sup>782</sup>. Hortulanus quippe qui Interius namque est charitas, humilitas, patientia, benignitas, cæteraque similia; exterius vero, jejunare, eleemosynas dare, in orationibus vigilare, lacrymari aliaque hujusmodi. At sicut corpus sine anima non diu subsistere valet, anima vero sine corpore potest <sup>775</sup>; sic exterius genus sine interiori non diu subsistit, cum hoc interius faciat sine exteriori. Diu enim charitatem habere quis potest, etiamsi non jejunet, cum diu pro Deo jejunare non possit, si eum non amet. Ut tamen plerumque spiritus malignus corpus assumit illudque vegetando subsistere facit, sic inanis gloria cor hominis intrat illudque virtutis genus exterius simulat. Sicut enim charitas jejunare, sic et inanis gloria facit. At sicut corpus examinatum cito fetet, et contemnitur, sic exterius genus sine interiori despicitur <sup>776</sup>. Cum enim quispiam jejunio quidem intentus, sed irasci facile videtur, si de jejunio laudetur ab aliquo, confestim respondetur ab altero: Quis, inquit, de illius curet jejunio, qui sic inflammatur <sup>777</sup> pro nihilo? Si autem frequentius manducaret, sed humilis et patiens esse videatur; si quia non jejunat, ab aliquo reprehendatur <sup>778</sup>, illico ab altero respondetur: Bene utique <sup>779</sup> ut manducet, promeretur, quia adeo <sup>780</sup> patiens est et benignus.

## CAPUT XCVII.

*Similitudo inter monachum et hortulanum.*

Sciendum est ad <sup>781</sup> virtutes tendenti quod agere

debeat more hortulani <sup>782</sup>. Hortulanus quippe qui plantare appetit herbas, prius terræ et earum <sup>783</sup> naturam considerat, ubi eas plantet. Nisi enim terræ et earum natura convenerit, crescere vel fructificare nullatenus poterunt. Sic qui virtutum facere vult plantarium, quo in loco sui plantet <sup>782</sup> eas sibi est prævidendum. Si enim locus fuerit vitiosus, et ipsæ virtutes in vitia redigentur.

## CAPUT XCVIII.

*De ædificante domum.*

Rursus sic eum agere decet velut qui domum ædificare debet. Qui enim ædificium facere vult stabile, soliditatem prius considerat terræ, quo scilicet fundamentum firmum supponere, parietem erigere, tectum superimponere, tutusque possit <sup>784</sup> inhabitare. Sic qui virtutum vult facere ædificium, quo securus inhabitet ab insidiis dæmonum, quo in loco sui construat illud <sup>785</sup> sibi est prævidendum. Si enim locus non <sup>786</sup> fuerit firmus, nec ædificium diu subsistere poterit. Hoc itaque solum vel terra bona <sup>787</sup> est humilitas, cujus cunctis virtutibus congruit natura easque velut firmum fundamentum sustentat.

## CAPUT XCIX.

*Quod superbia sit vallis maxima bestiis vitiorum plena*

Non est in altum <sup>788</sup> elevata superbia, sicut quidam putant, sed demissa est, et vallis maxima bestiis vitiorum plena, et caligine tenebrarum densis-

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>775</sup> Sine corpore esse potest *mss A. 1 Vict. 13 et Edit. Col.* sine corpore potest <sup>776</sup> Interiori, Deo et Angelis displicet *mss et Edit. Col.* interiori, despicitur <sup>777</sup> Sic inflatur pro *ms* sic inflammatur pro <sup>778</sup> Sed humilis et patiens esset, recte videretur. Sed si, qui non jejunat, ab aliquo reprehendatur *mss et Edit. Col.* sed humilis et patiens videatur esse; si quia non jejunat, ab aliquo reprehendatur <sup>779</sup> Bene utique *ms A. 1 bene. ait* <sup>780</sup> Qui adeo *mss A. 1 Vict. 13 et Edit. Col.* quia adeo <sup>781</sup> Sciendum est ad *ms Vict. 13 et Edit. Col.* sciendum ad *ms A. 1* verum sciendum ad <sup>782</sup> Boni hortulani *mss A. 1 Vict. 13 et Edit. Col.* more hortulani <sup>783</sup> Terræ earum *mss A. 1 Vict. 13* terræ et earum <sup>784</sup> In loco plantet *ms A. 1* in loco sui plantet <sup>785</sup> Tutusque intus possit *ms A. 1* tutusque possit <sup>786</sup> Construat illud *ms Vict. 13 et Edit. Col.* constituat illud <sup>787</sup> Si enim ejus locus non *mss A. 1 Vict. 13 et Edit. Col.* si enim locus non <sup>788</sup> Vel terra bona *ms A. 1* vel terra pura <sup>788</sup> Non est in altum etc. usque ad Cap. 109. Verum quia etc. in *ms Beccensi et San-Germani.* Tandiu enim virtutes aliæ subsistere valent, quandiu firmamentum humilitatis retinent. Ipsa namque velut mons magnus in cujus cacumine lux splendidissima, in valle vero profunda densitas est tenebrarum magna, superius quoque personæ multum honestæ, inferius vero in valle multum malæ inhabitant bestię. Sunt enim dispositi gradus quibus a valle usque ad montis cacumen ascenditur. Qui vero in valle moratur, tenebrarum densitate cæcatur, a bestiis sæpe invaditur: qui vero hinc exiens ascendere cœperit, quo altius ascendit, eo rareficientibus tenebris lux ei clarescit, bestię quoque persequi eum omittunt, honestæque personæ sibi obviam veniunt. Cum autem usque ad montis cacumen pervenerit, inter ipsas personas, luce clara quiescit. Vallis itaque profunda, superbia est, quæ quo extollitur, inferius jacet; densitas vero tenebrarum est ignorantia sui, id est cum qui non agnoscit quod sit contemptibilis: malæ autem bestię sunt vitia, eos qui se ignorant conculcantia. Gradus vero quibus ad montis cacumen ascenditur, septem sunt humilitatis gradus quibus ad ejus perfectionem pervaditur. Qui ergo in valle superbiæ commanens est; tenebris ignorantie sui cæcatur, vitis que quibuscumque sæpe conculcatur. Qui vero, relicta superbia, per humilitatis gradus ascendere incipit, quo plures ex eis ascenderit, eo ignorantia rareficiente aperitur sibi cognitio sui. Vitia prius non ut prius eum infestant; sed honestæ personæ, id est virtutes, ei appropinquant. Cum autem usque ad supremum humilitatis gradum ascenderit, inter ipsas virtutes in clara sui cognitione quiescit. Primus itaque humilitatis gradus est quemque contemptibilem cognoscere se esse. Et quia sunt quidam qui contemptibiles quidem se esse cognoscunt, sed inde non dolent: secundus est dolere se contemptibilem esse. Quia vero sunt alii qui se esse contemptibiles dolent: sed confiteri nolunt: tertius est confiteri se esse contemptibilem. Et quia rursus alii qui se contemptibiles esse confitentur, sed nolunt ut ita credatur; quartus est persuadere contemptibilem se esse. Verum quia quidam contemptibiles quidem volunt credi, sed hoc sibi nolunt dici: quintus est pati ut dicatur contemptibilis; quod quia quidam patiuntur, sed tamen pati nolunt ut contemptibiliter tractentur: sextus est ita patienter injuriam suscipere, quasi commodum magnum fieret. Sed quoniam ex horum quidam inviti patiuntur: septimus est amare ut contemptibiliter tractentur. Ubi postquam quis ascenderit, clara est in luce, id est in perfecta sui cognitione; inter honestas quoque personas, id est virtutes, commoratur, quæ omnes hoc humilitatis monte, velut ædificium quoddam fundantur. Hujus denique humilitatis omnes illi gradus sunt

sima. Nam quanto amplius quis superbia involvitur, A  
tanto lucem veritatis minus intuetur. Nec clare ju-  
stum ab injusto, quandiu in tenebris, id est in cæ-  
citate cordis sui jacet, discernere superbus potest<sup>789</sup>;  
sed quæ sunt distorta æque seclatur ut recta. Unde  
fit ut, in valle ista tenebrosa vitiorum, sit copia  
quasi bestiarum crudelium multitudo magna. Nam  
leones crudelitatis, vulpes calliditatis, serpentes quo-  
que venenosæ invidiæ, ranæ garrulitatis et iracun-  
diæ, cætera etiam vitiorum animalia solent ibi abun-  
dare. Quæ quanto plus cuique familiares habentur,  
tanto minus quam sint crudeles videntur. Consue-  
tudo enim vitii est ut non facile videatur ab illo qui  
eo premitur, sed mox ut cessaverit et ab eo se alie-  
naverit, tunc demum considerat in quanta sceditate B  
et miseria jacuerat<sup>790</sup>, et quam graves morsus ma-  
jarum bestiarum toleraverat<sup>791</sup>.

## CAPUT C.

*De monte humilitatis et septem gradibus ejus.*

Humilitas autem mons magnus est, in cujus sum-  
mitate lux est non modica, et honestarum persona-  
rum, id est sanctarum virtutum pulcherrima tur-  
ba. Sed quicumque ad hunc<sup>792</sup> pervenire desi-  
derat, necesse est ut per gradus quosdam ascen-  
dat, si hunc montem agnoscere et inhabitare af-  
fectat.

## CAPUT CI.

*Primus gradus humilitatis.*

Primus itaque gradus in monte humilitatis, est  
cognitio sui. Hunc unusquisque sic debet habere ut C  
se inferiorem omnibus judicet, imitans<sup>793</sup>. Aposto-  
lum, qui se omnium suorum coapostolorum dixit esse  
minimum (I Cor. xv, 9). Nam si esset aliquis homo,  
qui ita peccasset ut dominus ejus sibi justo iudicio  
pedes et manus amputare, oculos eruere, et totum  
corpus dilaniare posset, nec tamen faceret, sed ex  
sua misericordia illum toleraret, vehementer se do-  
mini sui debitorem cognoscere deberet, et eo magis  
humiliari quo se minus perpenderet meruisse a do-  
mino sic tolerari. Nos igitur Dominum nostrum in  
multis offendimus omnes (Jac. iii, 2), et in tantum  
ut nos ex vindicta justitiæ suæ membratim posset  
dilaniare, aut jugi languore in præsentem affligere,  
aut pœnis postmodum æternis tradere.

## VARIÆ LECTIONES.

necessarii, sicut a simili perspicue potest videri. Si enim dominus quispiam servum haberet quem pro  
culpa sua tradere morti deberet, positæque ratione cum eo, servus culpam occultare velut in tenebris vellet,  
vel si cognosceret, non inde doleret, aut si doletet coram aliis, domino licet jubente confiteri nollet, aut  
si confiteretur, persuadere nollet ut hoc ita crederetur, aut si vellet culpabilis credi, pati tamen nollet ut  
diceretur culpabilis, aut si hoc sibi pateretur dici, non tamen pati vellet ut sicut culpabilis tractaretur, aut  
hoc patiens non ita tractari amaret, licet hoc velle dominum sciret, non ei profecto culpam illam Dominus  
dimitteret, imo magis iniquum servum eum puniret: sic nec nostras nobis culpas Dominus dimittet, si  
non nos gradibus usdem humiliaverimus sicut ipse jubet.

<sup>789</sup> Superbis potest *mss Vict. 13. et Corb. 307* superbus potest *Edit. Col.* superbus potest <sup>790</sup> Jacuerit  
*ms Vict. 13 et Corb. 307* jacuerat <sup>791</sup> Toleraverit *mss Vict. 13 et Corb. 307* toleraverat <sup>792</sup> Quicumque  
ad hunc *ms Vict. 13 et Edit. Col.* qui ad hunc <sup>793</sup> Judicet: imitans *ms Vict. 13 et Edit. Col.* judicet, esse  
imitans <sup>794</sup> Diabolo servire et adhærere *ms Vict. 13 et Edit. Col.* diabolo, scilicet, adhærere *ms Corb. 307*  
diabolo adhærere <sup>795</sup> Sic et singulæ quæque creaturæ *mss Vict. 13 et Corb. 307* Sic et singula quæque  
creata <sup>796</sup> Diutius toleravit *mss Vict. 13 et Corb. 307* diutius toleravit <sup>797</sup> Quid vel quales nati *mss Vict.*  
*13 et Corb. 307* quid nati <sup>798</sup> Esse cognoscunt et fatentur, sed *ms Corb. 307* esse fatentur, sed *ms Vict.*  
*13 et Edit. Col.* esse cognoscunt, sed <sup>799</sup> De eo dicere *mss et Edit. Col.* de eo dicet

## CAPUT CII.

*Quod qui in Deum peccat omnem creaturam contra se  
excitat.*

Ex qua offensione non solum iram Dei promerui-  
mus, sed etiam totam creaturam adversum nos  
excitavimus. Etenim si servus alicujus a domino suo  
recederet et inimico domini sui adhæreret, non  
solum ipsum dominum exacerbat, sed et totam  
ejus familiam justissime irritaret. Cum igitur Do-  
minum creatorem eunctorum offenderimus, adver-  
sum nos omnem creaturam, quantum spectat ad  
meritum nostrum, in iram commovimus. Potest  
ergo nobis justa consideratione terra dicere: Non  
debeo vos sustinere, sed potius absorbere, quoniam  
a Creatore meo non timuistis peccando recedere et  
inimico ejus, diabolo scilicet, adhærere<sup>794</sup>. Potest  
etiam cibus dicere et potus: Non meruistis ut vos  
pascere debeamus, imo potius ut confusionem et  
necem vobis præparemus. Ab illo enim peccando  
recessistis, per quem nec ales esurit. Sol quoque:  
Vobis ad salutem non debeo lucere, sed, ad vindic-  
tam Domini mei, qui est lux lucis et fons luminis,  
penitus coercere. Sic et singula quæque creata<sup>795</sup>  
contra nos possunt surgere irrefragabili ratione.  
Proinde expedit nobis humiliari, ne, diu di'ata vindic-  
ta, tanto acrius adveniando mala nostra puniat  
quanto diutius toleraverit<sup>796</sup> quod punire poterat.  
Ut ergo humiliemur, quid simus, quid nati<sup>797</sup> fue-  
rimus, vel quid fecerimus, mente pertractemus, et  
nos viles peccatores multoque supplicio dignissimos  
fore cognoscemus. Qui se ergo talem judicat, jam  
in primo gradu humilitatis stat.

## CAPUT CIII.

*Secundus gradus humilitatis.*

Secundus gradus est dolor. Nam sunt nonnulli  
qui se peccatores esse cognoscunt et fatentur<sup>798</sup>,  
sed nullum inde dolorem habere dignoscunt; qui-  
bus necesse est ut doleant, si veniam mereri deside-  
rant, quia non valet ad salutem ut se cognoscat quis  
peccatorem, nisi inde habeat et dolorem. Nam si  
domino suo aliquis peccaret, et inde dolorem non  
haberet, quid putas dominus ejus de eo diceret<sup>799</sup>?  
Quomodo ei offensam posset dimittere, quandiu

eum de offensione sua <sup>800</sup> nequaquam sciret dolorem habere? Ridiculum potius quam aliud videretur, si veniam peteret de hoc unde se non dolere fateretur <sup>801</sup>. Necessè est enim ut dolorem habeat quisquis de perpetratis culpis veniam consequi desiderat.

## CAPUT CIV.

*Tertius gradus humilitatis.*

Deinde sequitur confessio, qui qualiter <sup>802</sup> se peccator cognoscat et doleat confiteri studeat. Multi enim sunt qui se peccasse cognoscunt et dolent, et tamen celant, quoniam quidem hoc confiteri erubescerent non audent. Et quia sciunt confessionem ad salutem necessariam fore, ita in cordibus <sup>803</sup> suis coram Deo poenitent, et illi confiteri proponunt multoque majorem poenitentiam agunt quam si confiterentur eisque injungeret aliquis sacerdotum Verum in hac re penitus decipiuntur, quia nullus Deo quidquam confiteri potest quod ipse ignoret. *Omnia enim et nuda sunt et aperta (Hebr. iv, 13)*. Vult itaque Deus ut quicumque ei peccaverit, ac si ipse nesciret, ita suo loco alii nescienti confiteri ne dissimulet, quatenus hoc iudicio manifeste comprobet qui, si Deus <sup>804</sup> hoc ignoraret, ipse veraciter ei manifestaret. Ad hoc, si is qui majorem poenitentiam ex proprio arbitrio non confessus vult agere quam aliquis, si confiteretur, vellet ei imponere, putat majus qui se fecisse ex propria voluntate quam si confiteretur, penset apud se quid sibi plus constiterit, an confiteri et parvam poenitentiam agere, an sine confessione spontanea voluntate longo tempore poenitere. Cumque magis eligat <sup>805</sup> poenitentiam gratis protelare <sup>806</sup> quam reatum suum per confessionem manifestare, agnoscat pro certo quia nondum vere confessioni illam suam spontaneam poenitentiam, quamlibet gravis <sup>807</sup> fuerit, adæquavit, quoniam quidem necdum sibi tantum constitit graviter clam poenituisse quantum confessionem, cui eam facere debuit, fecisse. Quare minus est semper quemlibet graviter sine confessione poenitere quam puro ex corde confessionem facere.

## CAPUT CV.

*Quartus gradus humilitatis.*

Cum itaque tres gradus in monte humilitatis habeamus, sequitur persuasio quæ unicuique habenda est, quartus videlicet iam prælibatæ virtutis gradus. Cum enim necessarium sit ut confiteamur, sciendum est quod ita confiteri debemus, ut hoc ipsum quod confitemur, ita esse persuadeamus. Tunc ete-

rim nimis pura est confessio, si eam sequitur voluntaria persuasio.

## CAPUT CVI.

*Quintus gradus humilitatis.*

Quinto igitur gradu <sup>808</sup> confessio apponatur, ut scilicet qualem se quis cognoscit dolet, confitetur et suadet, talem quoque se ab aliis concedat iudicari. Sunt enim plerique satis semetipsos iudicantes, sed nequaquam possunt ab aliis pati iudicari, vituperari. Qui ut ad <sup>809</sup> montem veræ humilitatis ascendant, his necesse <sup>810</sup> est ut sicut semetipsos despiciendos iudicant, sic etiam alios, si se iudicando despexerint, tolerare sciant. Qua in re <sup>811</sup> opus est patientia, quæ sexto loco est apponenda <sup>812</sup>.

## CAPUT CVII.

*Sextus gradus humilitatis.*

Hæc itaque unicuique familiaris sic esse debet ut quandocumque <sup>813</sup> ei aliqua injuria fit, ita eam suscipiat patienter quasi commodum sibi magnum fieret. Profecto si aliquis servorum alicujus discreti hominis peccasset, et, dum sibi exinde fierent multæ molestiæ, non reclamaret, sed potius juste talia pati se diceret, citius apud dominum misericordiam inveniret. Nos itaque qui multa contra Creatorem nostrum commisimus, tanto studiosius humiliari debemus quanto magis indulgentia ejus nos indigere videmus.

## CAPUT CVIII.

*Septimus gradus humilitatis.*

Nec solum absque murmuratione pati debemus molestias, sed ut etiam graviter puniamur ad vindictam Dei amemus. Amor enim supremus montis humilitatis gradus esse videtur, quoniam tunc quidem est Deo grata satisfactio, cum in ejus mente, qui satisfacit, nulla manet murmuratione, sed pia jugiter fervet dilectio.

## CAPUT CIX.

*Recapitulatio graduum humilitatis.*

Quod autem superius dilate per partes ostendimus, nunc eadem breviter et summatim sub exemplo colligamus. Si enim dominus quispiam servum haberet, quem pro culpa sua tradere morti deberet, positæ ratione cum eo, suam servus culpam occultare, velut in tenebris, vellet; aut si cognosceret (quod est primus humilitatis gradus) non inde doleret; aut si doleret (quod est secundus) coram aliis, domino licet jubente, confiteri nollet; aut si confiteretur (quod est tertius) persuadere nollet ut

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>800</sup> Pro offensione sua *ms Vict. 13* de offensione sua <sup>801</sup> Unde se non dolere fateretur *ms Vict. et Edit. Col.* unde se dolere non fateretur <sup>802</sup> Ut scilicet qualiter *mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col.* quia qualiter <sup>803</sup> Fore, in cordibus *ms Vict. 13 et Edit. Col.* fore, ita in cordibus <sup>804</sup> Quod si Deus *mss Corb. 307 Vict. 13 et Edit. Col.* Quia si Deus <sup>805</sup> Magis eligit *ms Vict. 13* magis eligit <sup>806</sup> Poenitentiam protelare *ms Corb. 307 Vict. 13 et Edit. Col.* poenitentiam gratis protelare <sup>807</sup> Quantumcunque gravis *mss Corb. 307 Vict. 13 et Edit. Col.* quamlibet gravis <sup>808</sup> Igitur gradu *mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col.* igitur gradu <sup>809</sup> Qui enim ad *mss Vict. 13 et Corb. 307*. Qui ut ad <sup>810</sup> Ascendant his necesse *mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col.* ascendant, necesse <sup>811</sup> Quare opus *mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col.* Qua in re <sup>812</sup> Est apponenda et apponenda *mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col.* est apponenda <sup>813</sup> Ut quandocumque *ms Vict* ut quantumcunque -



hoc ita crederetur; aut si vellet inde culpabilis credi (quod est quartus), pati tamen nollet, ut diceretur culpabilis; aut si hoc sibi dici pateretur (quod est quintus), non tamen pati vellet ut sicut culpabilis tractaretur; aut si hoc patiens <sup>814</sup> (quod est sextus) non ita tamen tractari amaret (quod <sup>815</sup> est septimus), licet hoc velle dominum suum sciret, non ei profecto culpam illam dominus dimitteret, imo magis ut iniquum servum eum puniret. Sic nec nostras nobis culpas Dominus dimittet, si non nos gradibus iisdem humiliaverimus, sicut ipse jubet.

## CAPUT CX.

*Quomodo unusquisque se minorem omnibus putet.*

Verum quia nonnunquam ideo extollimur quia nos aliis non recte comparamus, videndum est nobis quo id modo facere debeamus. Si enim nos aliis volumus comparare, ea tantum debemus considerare <sup>816</sup> quæ a nobis sunt in nobis <sup>817</sup>, non a Deo quasi præstita nobis <sup>818</sup>. Sic namque agit, qui de bonis a Deo sibi præstitis <sup>819</sup> super alium extollitur, velut qui vestibus alienis indutus gloriatur. Non ergo hæc aliorum bonis comparare debemus, sed mala tantum nostra, quæ a nobis in nobis <sup>820</sup> habemus. Quod si fecerimus (mala videlicet nostra bonis aliorum ut conferamus) in nos <sup>821</sup> inferiores esse cæteris omnibus nobis ipsis videbitur. Quod contra, quia superbi faciunt, etiamsi sint omnibus deteriores, cunctis tamen se iudicant esse meliores. Sua enim bona tantum attendentes, aliorum malis comparant, quorum mala nullatenus considerare deberent.

## CAPUT CXI.

*Quod obsit consideratio alterius peccati.*

Consideratio namque, vel cognitio alieni peccati, mala multa in diversis parit. Si enim peccator est qui alterius culpam considerat, malo illius exemplo in suo peccato perseverat; si vero poenitens a peccato, a poenitentia frigescit eodem exemplo. Quod si eodem peccato, vel etiam alio <sup>822</sup> tentabatur, facilius illius exemplo superatur. Si autem tentatione carebat, eo ipso tentatur quod vitium illius considerat. Si vero est justus <sup>823</sup>; præferendo se illi, in superbiam extollitur, quem si diligebat in Deo nunc eum incipit habere odio <sup>824</sup>. Non ergo facile considerata est alterius culpa, cujus consideratio tot

<sup>A</sup> generat mala. Virtus vero illius semper debet attendi, quia ejus consideratio contrarium facit <sup>825</sup>; ipsa namque peccatorem converti, poenitentem poenitere, magis tentatum tentationi resistere, non tentatum sic permanere, justum humiliari, diligentem magis <sup>826</sup> diligere facit. Alterius igitur virtutem, non vitium, suumque vitium, non virtutem, attendere debet quisquis ad culmen humilitatis ascendere studet.

CAPUT CXII <sup>827</sup>.

*De duabus sororibus hunc montem custodientibus.*

Hujus autem humilitatis pulcherrimi montis duæ sorores sunt custodes, verecundia scilicet quæ est apud Deum, et verecundia quæ est apud homines. Nam cum tentatur aliquis, si ante mentis suæ oculos has duas sorores humiter reduxerit, hanc facile superare poterit. Sic enim sibi ipsi loqui debet.

## CAPUT CXIII.

*De verecundia quæ est apud Deum.*

Si ego hoc peccatum vel illud fecero, quomodo ante Deum et sanctos ejus angelos, qui me vident <sup>828</sup>, oculos meos levare potero? Quid dicam, cum reatum <sup>829</sup> meum omnis <sup>830</sup> creatura videbit? Angeli et diaboli <sup>831</sup> me accusabunt. Nequaquam peccabo, imo propter te, Domine, morte afficiar tota die custodiamque vias meas, ut non delinquam <sup>832</sup>. Sic sibi <sup>833</sup> unusquisque proponat, sic semetipsum consideret, sic se ab irruentibus bestiis eruet <sup>834</sup>. Sed considerandum quia verecundia quæ est ante Deum <sup>835</sup>, semper est libera et custos fidelis.

## CAPUT CXIV.

*De verecundia quæ est apud homines.*

Verumtamen illa quæ est apud homines verecundia nonnunquam fallax et latro pessima est. Solet enim contingere ut aliquando mentem alicujus, ubi jam sæpe dictus mons humilitatis est constituendus, hircus luxuriæ, lupus rapacitatis, vel alia quælibet vitiorum bestia, tentet irrumperere <sup>836</sup>; quam cum verecundia, quæ apud homines est, ne intraret prohibere deberet, sic sibimet ipsi interdum male consulendo loquitur. Magna erit, inquit confusio, si huic tentationi luxuriæ, ut postmodum sciatur, aditum dederit. Sed nullus hominum hoc videbit, et ego bene

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>814</sup> Aut si hoc pateretur *mss Vict. 13 Corib. 307 et Edit. Col.* Aut si hoc patiens <sup>815</sup> Amaret aut amare non posset (quod *mss Vict. 13 Corib. 307 et Edit. Col.* amaret, quod <sup>816</sup> Debemus considerare *ms A. 1* attendere debemus <sup>817</sup> Quæ nobis sunt in nobis *mss* quæ a nobis sunt in nobis <sup>818</sup> Præstita nobis *mss* præstita sunt nobis <sup>819</sup> Sibi collatis et præstitis *mss et Editio. Colon.* sibi præstitis <sup>820</sup> Quæ a nobis sunt, in nobis *mss* quæ a nobis, in nobis <sup>821</sup> Fecerimus, mala videlicet nostra bonis aliorum ut conferamus, nos *mss* fecerimus, nos <sup>822</sup> Vel etiam alieno *mss Edit. Col.* vel etiam alio <sup>823</sup> Si vero justus, *mss* si vero est justus <sup>824</sup> Quem si diligebat, nunc eum incipit odio habere *mss* quem si diligebat in Deo, incipit eum habere odio *ms A. 1* qui si diligebat etiam in Deo, nunc eum enim incipit habere odio *Edit. Colon.* quem si diligebat etiam in Deo, nunc eum incipit habere odio <sup>825</sup> Per contrarium vadit *ms A. 1* per contrarium facit *mss Bec.* contrarium facit <sup>826</sup> Diligentem vero magis *ms A. 1* diligentem magis <sup>827</sup> In *ms A. 1* omittitur hoc Caput cum subsequentibus usque ad Caput 117 *cujus similitudinem alius etiam verbis exprimit.* <sup>828</sup> Qui me vident *ms Vict. 13* qui hoc vident <sup>829</sup> Cum peccatum *mss Vict. 13 Corib. 307 et Edit. Col.* cum reatum <sup>830</sup> Meum in die judicii omnis *mss Corib. 307 Vict. 13 et Edit. Col.* meum omnis <sup>831</sup> Angeli id est diaboli *ms Vict. 13 Corib. 307 et Edit. Col.* Angeli et diaboli <sup>832</sup> Meas ut in anima non delinquam *Edit. Col.* meas ut non delinquam <sup>833</sup> Sic igitur sibi *mss Corib. 307 Vict. 13 et Edit. Col.* sic sibi <sup>834</sup> Bestius eruat *ms Vict. 13* hostibus eruat *ms Corib. 307* bestius eruet <sup>835</sup> Ante Deum *ms Vict. 13* apud Deum <sup>836</sup> Tenet irrumperere *ms et Edit. Col.* tentet irrumperere

celabo meipsum, nec amplius erit cognitum. Modice nunc voluptati consentiam, et, cum voluero, metipsum corrigam. Ac deinde pœnitendo satis melior quam modo sum ero. Multi enim post ruinam surriexerunt, et postmodum meliores fuerunt. Sic nimirum verecundia quæ est apud homines, malo suo consilio nonnunquam fallitur et fallit, et malam vitam bestiam in montem, quem tueri deberet, subintrare permittit; quæ cum intrare permissa fuerit, non facile expelli poterit. Nam si is qui scelus commisit, confiteri aliquando voluerit, ea cogitatio, quæ prius promittebat ei quod se emendaret mox ut voluisset, post perpetratam culpam dicit: Quomodo confitebor? Qua fronte reatum meum aperiam? Non amplius honorem habebō, si me manifestavero, sed qui modo appetior, omni tempore vilis ero. Quid igitur faciam? Saturabor voluptuose vivendo, nondum viam justitiæ tenere valeo<sup>837</sup>. Ecce quomodo miser homo decipitur<sup>838</sup>. Quam callide vincitur, quam astute superatur! Ipse namque humilitatis montem paulatim proficiendo statuit; ipse custodes ejusdem montis constituit, ipse custodes eosdem a propugnaculis montis expulit; ipse postmodum semetipsum male custodiendo mancipium hostibus suis tradidit. In me siquidem est unde cum Dei gratia proficio, in me etiam unde deficio. Non mihi proficiendi aliquis vim facit. Non ad defectum aliquis me venire cogit. Suggestit Deus, suggestit ratio, suggestit virtus ut recte vivam; et est in me materia arbitrii, scilicet libertas, et hoc facere<sup>839</sup> possum, si volo. Verum e contra suggestit diabolus, suggestit appetitus et vitium ut voluptuose vivam, et habeo potestatem hoc faciendi<sup>840</sup>, sed contradicere nolo<sup>841</sup>.

## CAPUT CXV.

*De consultatione<sup>842</sup> duarum prædictarum sororum.*

Sciendum est quod verecundia<sup>843</sup> quæ est apud homines, interdum fallat, multisque modis per eam auditus nobis vitiorum fiat. Verecundia quæ est apud Deum, nec fallit nec fallitur. Hæc etenim quando ad montem revocatur, postea et locum suum, videlicet humilitatis, quem tueri deberet, fallente sorore sua, vitus subversum, quasi porcorum rostris disjectum<sup>844</sup> invenit; vehementer turbatur, dolet, ingemit, sæpe etiam lacrymas fundit, misera miserabiliter<sup>845</sup> secum quærit qualiter bestia intravit funesta, quæ fuerit causa, quod exordium, quisve aditus. Et dum illam vehementer

A exsecratur, ecce fallax soror fallaciter eam plerumque sic consolatur: Eia, quare tantum doles? Cur tot tantisque lacrymis teipsam affligis? Gravius te ille<sup>846</sup> vel ille peccavit, et veniam obtinuit. Humanum est peccare, nec tanti ponderis est peccatum quanti facis illud. Taliter male consulendo, dolorem tentat lenire. Sed fidelis custos, quæ se coram Deo formidat accusari, sicut fallere nescit, sic malum consilium admittere contemnit. Nam commissa et dolendo plangit, et plangendo indesinenter sui conditoris indulgentiam quærit, atque locum suum curiosius demceps custodit.

## CAPUT CXVI.

*Quod non semper misericordia Dei debeat cogitari<sup>847</sup>.*

B Notandum est igitur quod tempore<sup>848</sup> tentationis, ante perpetrationem culpæ, nunquam misericordia Dei debet cogitari; sed justitia et iudicium ejus, furor et indignatio illius. Hæc debent pensari<sup>849</sup>, hæc ante mentis oculos reduci, hæc sæpenumero cum magno horrore retractari debent. Quando quis tentatur, non debet dicere: Misericordiam Domini magna est, sed hoc potius: *Horrendum est incidere in manus Dei viventis (Heb. x, 31)*. Quando appetitus luxuriæ quemque pulsat, non cogitet tunc: *Quacunque die peccator ingemuerit, omnia peccata ejus oblivioni tradentur (Ezech. 1, 4)*, sed potius sæpe recogitando tractet quod maledictus omnis qui peccat in spe; et illud Isaïæ: *Væ genti peccatrici, populo gravi iniquitate, filiis sceleratis, semini nequam (Isa. 1, 4)*. Si autem per injuriam fuerit peccati admissio, tunc demum Dei misericordia propensius est cogitanda, ne desperatio veniæ superveniat. Tempore itaque tentationis, modis omnibus unusquisque debet conari<sup>850</sup> ne superetur. Quia licet Deus veniam promiserit pœnitenti, non tamen spondit delinquenti, ut ei daret voluntatem pœnitendi. Cum autem certum sit quod Dei gratiam promeretur quisquis declinat a malo et facit bonum, et iram et indignationem<sup>851</sup> incurrit omnis qui operatur peccatum, magnopere curandum est ut et vitia vitemus et virtutibus adhæreamus.

## CAPUT CXVII.

*Quæ comparatio sit inter ascendentes.*

Tria sunt necessaria ascendenti, innocentia, beneficium, prælatio. Innocentia talis esse debet, ut nulli noceat; beneficium, ut omnibus prosit; prælatio, ut se inferiorem<sup>852</sup> omnibus judicet. Unde

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>837</sup> Tenere valeo *ms Vict. 13 tenere volo* <sup>838</sup> Homo in his decipitur *mss Corb. 307 Vict. 13 et Edit. Col. homo decipitur* <sup>839</sup> Quod et hoc facere *ms Corb. 307 et hoc facere ms Vict. 13 et Edit. Col. quod hoc facere* <sup>840</sup> Potestatem hoc faciendi *ms Vict. 13 et Edit. Col. possibilitatem hoc faciendi ms Corb. 307 potestatem faciendi* <sup>841</sup> Sed contradicere nolo *ms Corb. 307 si contradicere volo* <sup>842</sup> Confabulatio *ms Vict. 13 et Edit. Col. de consultatione* <sup>843</sup> Quod verecundia *mss et Edit. Colon. quia verecundia* <sup>844</sup> Dejectum *Edit. Col. disjectum ms Vict. 13 dissectum* <sup>845</sup> Fundit miserabiliter *mss Corb. 307 Vict. 13 et Edit. Col. fundit, misera miserabiliter* <sup>846</sup> Gravius ille *mss gravius te ille* <sup>847</sup> Quod tentationis tempore non semper misericordia Dei debeat cogitari *mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. Quod non semper misericordia Dei debeat cogitari* <sup>848</sup> Quod tempore *ms et Edit. Col. quia tempore* <sup>849</sup> Hæc pensari *mss et Edit. Col. hæc debent pensari* <sup>850</sup> Debet vehementer conari *mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. debet conari* <sup>851</sup> Et iram et indignationem *ms Vict. 13 et iram indignationis* <sup>852</sup> Omnibus inferiorem *mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. omnibus alis inferiorem*

Apostolus : *Superiores invicem arbitrantes* (Philipp. A II, 13). Hæc tria debet unusquisque aliis impendere, et nihil horum sibi fieri ex debito exigere. Nam si servus alicujus domino suo in multis peccasset, non solum iram domini provocaret <sup>853</sup>, sed etiam omnium conservorum suorum indignationem incurreret; et si aliqua injuria ei interim fieret, non juste conqueri deberet. Dicit aliquis : Innocentiam et beneficium aliis libenter impendo, sed me omnibus aliis inferiorem credere nequeo : sunt etenim homicidæ, adulteri, latrones, et hujusmodi. Ad hoc : Quicumque comparationem facis inter te et alium, noli ponere in trutina <sup>854</sup> quod tuum non est ; imo quod tuum est, videlicet mala tua, et postmodum bona sua. Talis comparatio, vel talis consideratio semper sit inter ascendentes. Si quid vero boni in te videas, non tibi, sed Deo imputes. Unde Apostolus : *Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* (I Cor, IV, 7).

## CAPUT CXVIII.

*Similitudo inter cœnovexiam et charitatem.*

Sic igitur debemus innocentia, beneficio, et prælatione <sup>855</sup> uti in faciendo et recipièdo, sicuti usualiter portatur cœnovexia. Quippe qui illam <sup>856</sup> subeunt <sup>857</sup>, faciem <sup>858</sup> ad locum quo tendunt ; ad locum autem unde veniunt, dorsa vertunt. Tribus enim <sup>859</sup> aliis modis potest, sed non convenienter, portari, videlicet, ut facies sint contra facies, vel dorsum contra dorsum, vel facies ad locum unde procedere <sup>860</sup>, terga vero quo ire debeant, convertantur. Et notandum quod non minus quam a duobus cœnovexia in operando portatur ; nec charitas (quam per cœnovexiam volumus significari) minus quam inter duos haberi potest. Si ergo in monte aliquo ædificarent sibi homines plures domum, et de valle oporteret lapides, cœmentum et alia quæ ad ædificationem domus pertinerent, cœnovexiis sursum <sup>861</sup> in montem portari : si, inquam, illi portitores instrumentum illud ita acciperent, ut uterque sibi dorsum, aut faciem vel dorsa quo tenderent, facies vero verterent unde procedere vellent ; et dum sic ire competenter nequirent, verbis litigare inciperent, et de litigio <sup>862</sup> ad pugnos et capillos venirent, deinde ad arma : rogo, quid diceret aliquis præteriens, si sic hos hac de causa pugnantem inveniret? Utique quod insanirent. In nobis igitur hæc omnia consideremus, quia talem habitudinem

in fraterna charitate tenerè debemus, ut sic quasi quamdam cœnovexiam spiritualem portemus. Nos enim in excelso monte, in coelesti scilicet patria, domum nobis ædificare satagere debemus, quæ sola virtutum operatione construitur ; ad quam humilitatis gradibus ascenditur. Qui gradus necesse est ut fiant per innocentiam, beneficium et prælationem, scilicet, ut nulli noceam, omnibus serviam, et ut quemlibet mihi ipsi præferam. Cum hæc aliis frequenter exhibeo, etsi mihi exhibita non fuerint, patienter tolero. Gradus pergendi in montem virtutum, ad domum coelestis patriæ, mihi congruos facio, et cœnovexiam bene porto. Si autem aliis hæc impendere detrecto, quasi dorsum contra dorsum verto ; dum illum pergentem, et quasi antecedentem subsequi deberem, faciem illi vertendo. At si mihi hæc quasi per debitum fieri quæro, et ille quod postulo facit, quamvis non libenter, quoniam exigo, quasi faciem contra faciem in subvectione <sup>863</sup> cœnovexiæ verto. Cum vero <sup>864</sup> exigo, et ille quod exigitur denegat, quoniam illum per exactionem irrito, terga vertimus ad locum ad quem ire debemus, et facies unde procedimus. Sic istis tribus modis qui cœnovexiam portare satagit, plerumque lites et discordias sustinebit. Faciem ergo, hoc est intentionem, semper habeamus super innocentiam, beneficium et prælationem, ut illa omnibus independamus, et a nullo eadem requiramus. Hoc enim est ad illa terga vertere, videlicet ad præsentia et ad labentia, facies vero ad futura et ipsa perpetua.

## CAPUT CXIX.

*Similitudo inter qualitates corporis et animæ.*

Sicut qualitatis <sup>865</sup> corporis, sic etiam genera sunt duo qualitatis animæ. Qualitas quippe corporis aliquando subitanea, aliquando vero est continua. Subitanea, ut <sup>866</sup> cum repente repentina infirmitate nigrescit, vel verecundia erubescit, sed mox hac et illa transeunte, ad colorem pristinum homo redit. Continua, ut cum assiduam patitur <sup>867</sup> infirmitatem, quæ sibi continuum parit pallorem. Sic animæ qualitas aliquando subitanea, aliquando vero continua est. Subitanea, ut cum irruente subita tentatione, subito in peccato nigrescit, sed statim per confessionem et poenitentiam ad priorem pulchritudinem redit. Continua, ut cum assidue in peccato jacet, per quod et assidue ante Deum deformis apparet. Hæc autem genera duo qualitatis animæ genera sunt duo indignitatis suæ. Qui indignus est secun-

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>853</sup> Iram Domini provocaret *mss Vict. 13 Corib. 307 et Edit. Col.* iram Domini deserviret <sup>854</sup> in medio seu trutina *mss Vict. 13 Corib. 307 et Edit. Col.* in trutina <sup>855</sup> Sic igitur debemus innocentia, beneficio et prælatione etc. *In ms A. 1 contrarius ista ponuntur* <sup>856</sup> Quippe illam, qui *ms Vict. 13* quippe qui illam *ms Corib. 307* quippe illi qui <sup>857</sup> Subvehunt *mss Vut. 13 Corib. 307 et Edit. Colon.* subeunt <sup>858</sup> Faciem habent *mss Vict. 13 Corib. 307 et Edit. Col.* omittunt habent <sup>859</sup> Tribus autem *mss Vict. 13 Corib. 307 et Edit. Col.* Tribus enim <sup>860</sup> Unde procedunt *mss Vict. 13 Corib. 307 et Edit. Col.* Unde procedere <sup>861</sup> Cœnovexia sursum *ms Vut. 13 et Edit. Col.* cœnovexis sursum <sup>862</sup> De litigio *ms Victor. 13* et de litigio *ms Corib. 307* litigio <sup>863</sup> In subvectionem *mss* in subvectione *ms et Edit. Col.* in subvectione <sup>864</sup> Cum ergo *mss et Edit. Col.* cum vero <sup>865</sup> Sicut qualitates *mss A. 1 Vict. 13 Corib. 307* sicut qualitatis <sup>866</sup> Subitanea est ut *mss A. 1 Vict. 13* subitanea, ut <sup>867</sup> Assiduam quis patitur *mss A. 1 Corib. 307 et Edit. Col.* assiduam patitur *ms Vict. 13* assiduam homo patitur

dum subitanam qualitatem, non ideo tamen ad <sup>A</sup> iudicium sibi assumit Christi corpus et sanguinem. Qui vero secundum continuam qualitatem indignus assistit <sup>868</sup>, ille ad iudicium ea sibi assumit.

## CAPUT CXX.

*De cordis immunditiis.*

Noverit quoque qui suam discutere intendit infirmitatem, tria esse genera immunditiæ cordis. Primum namque genus est amor non amandorum, veluti luxuriæ et similibus. Secundum vero est odium eorum quæ odio non debent haberi, sicut est odium alienæ prosperitatis. Tertium autem nec amor, nec odium, sed quædam cogitationis vanitas, ut cum cogitamus unde iste veniat vel quo ille vadat.

## CAPUT CXXI.

*Similitudo inter corporis et animæ infirmitates.*

Rursus attendendum <sup>869</sup> duo esse genera infirmitatis animæ, quemadmodum sunt infirmitatis corporeæ <sup>870</sup>. Corporis namque infirmitas aliquando est quasi infirmitas naturalis, aliquando vero est casualis. Quasi naturalis namque est, ut si cui ab ipsa hominis infantia sibi continuus languor sit <sup>871</sup>. Casualis vero <sup>872</sup> est ut febris, quæ frigore repentino vel alio casu accidit homini. Hæc itaque quia occasione accidit extrinseca, facilius curari potest una medicina. Illa vero, quia quasi naturaliter adhæret homini, non una repentina curari, sed cum frequenti medicina potest minui et alleviari, donec <sup>C</sup> facilius valeat portari. Ita quoque vitiorum, quæ sunt animæ infirmitates, alia quasi naturalia, alia vero sunt quasi casualia. Quasi naturalia quippe sunt, ut ingluviæ et luxuria, quæ ex ipsa carne concresecunt ab infantia homini. Casualia vero, ut mendacium, quod aliqua extrinsecus accedente causa sæpe profertur, etiam non præmeditatum. Hæc ergo, quia causis exterioribus accidunt, leviori custodia evitari possunt. Illa vero quia intus naturæ cohærent, licet non una abstinentia omnino deleri, continua tamen instantia eo usque possunt minui, quo satis facile <sup>873</sup> valeant tolerari. His ergo delendis semper instare debemus, licet non omnino ea delere possimus. Sicut enim naturalem <sup>874</sup> corporis infirmitatem patiens stulte agit si sibi medicinam adhibere neglexerit, quia semel vel his adhibita non statim curatus fuerit, sic naturali vitiorum

<sup>A</sup> infirmitate <sup>875</sup> detentus insipienter agit si sibi custodiam adhibere destiterit, quia aliquoties adhibita, statim a tentatione liberatus non fuerit.

## CAPUT CXXII.

*De appetitu, et quid intersit inter appetitum et voluntatem.*

Nullus namque appetitu vitiorum prorsus carere potest, sed eum vice appetitus veræ commoditatis quasi naturaliter retinet. Postquam enim humana natura perfectam beatitudinem amisit, perfectam quoque sui commoditatem perdidit. Semper tamen naturaliter affectionem <sup>876</sup> ejusdem commoditatis habet. Et quia perfectam commoditatem habere non potest, nec perfectæ commoditatis appetitum <sup>B</sup> amittere valet. Habet itaque appetitus ingluviæ et luxuriæ, aliarumque falsarum commoditatum, et per hos incedit quærendo illam perfectam commoditatem cujus appetitum retinet naturalem. Hos autem appetitus diabolus <sup>877</sup> accendit aliquando per falsas commoditates, et per eas <sup>878</sup> voluntati aliquod peccatum suggerit, aliquando vero per semetipsum ipsi voluntati persuadet, ut eosdem appetitus ad peccandum incitet. Ut cum ebrioso, qui amplius bibere nequit, aliquid assum <sup>879</sup> velle comedere suggerit ut habeat appetitum amplius bibendi. Sic autem <sup>880</sup> diabolus incitat voluntatem ad peccandum, aut per hos appetitus, aut per semetipsum. Velut si quis latro aliquem ad se spoliandum incitaret aut artificio aliquo quo carnem ejus calefaceret <sup>881</sup>, aut <sup>C</sup> dicendo ei simplici verbo ut se exueret. Ad quem vero cum ille nihil suspicans fallaciæ, appropinquat, subito capitur, vapulat, versa vice despoliatur, quandoque demum occiditur. Appetitus vero isti non aliud sunt quam quædam commoditatis necessitates. Non enim idem est appetitus quod voluntas. Appetitus namque mali non est malus <sup>882</sup>, sed voluntas mali est mala. Hos igitur appetitus quia diabolus semper accendit, studio magno et custodia sunt restringendi.

## CAPUT CXXIII.

*Similitudo inter aquam et humanam naturam.*

Humana namque natura tam facile per vitia quam per planum diffunditur <sup>883</sup> aqua. Sic ergo agere debet qui eam restringere appetit, velut qui aquam currentem retinere contendit. Sicut enim ille aquam <sup>884</sup> concludit in stagnum atque coercet, sic

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>868</sup> Continuum, indignam existit *mss* continuum qualitatem, indignus assistit <sup>869</sup> Attendendum *ms* *A. 1* attendat <sup>870</sup> Infirmitatis corporis *mss* *A. 1* *Vict. 15* *Corb. 507* et *Edit. Col.* infirmitatis corporeæ <sup>871</sup> Ut ficus ab ipsa hominis infantia sibi continuus *ms* *Vict. 15* ut ficus ab ipsa hominis infantia sibi continuus languor sit. *mss* et *Edit. Col.* ut ficus ab ipsa hominis infantia sibi quasi continuus <sup>872</sup> Quasi vero casualis *mss* et *Edit. Col.* casualis vero <sup>873</sup> Quod satis *mss* et *Edit. Col.* quo satis facile <sup>874</sup> Sicut naturalem *mss* et *Edit. Col.* sicut enim naturalem <sup>875</sup> Vitiorum in firmitate *mss* et *Edit. Col.* vitiorum infirmitate <sup>876</sup> Tamen naturalem affectionem *mss* *Vict. 15* *Corb. 507* et *Edit. Col.* tamen naturaliter affectionem *ms* *A. 1* tamen affectionem <sup>877</sup> Hos autem diabolus *mss* et *Edit. Col.* hos autem appetitus diabolus <sup>878</sup> Accendit per falsas commoditates, et per eas *ms* *A. 1* accendit, et per eas <sup>879</sup> Aliquid ad suum *mss* aliquid assum <sup>880</sup> Sic enim *mss* et *Edit. Col.* sic autem <sup>881</sup> Aut carnem suam calefaceret *mss* quo carnem ejus calefaceret <sup>882</sup> Non est mala *mss* et *Edit. Col.* non est malus <sup>883</sup> Profunditur *mss* diffunditur *ms* *Corb. 507* effunditur <sup>884</sup> Ille qui aquam *mss* ille aquam

iste naturam humanam vagam infra <sup>885</sup> regulam A et. Inquire pacem, et persequere eam (Psal. xxxiii, 15). Quartus vero modus erit per remunerationem, corruptione nostra transmutata, ut jam diximus in incorruptionem.

iste naturam humanam vagam infra <sup>885</sup> regulam, aliquam cohibere debet. Utque ille procurat ne qua parte dirumpatur stagnum, qua affluat aqua, ita et istum providere condecet <sup>886</sup>, ne suam in quoquam violet regulam, quo ad peccatum <sup>887</sup> proruat. Sic enim restringi carnis appetitus possunt: quod est quandam facere pacem inter ipsam carnem et spiritum; quam quidem pacem <sup>888</sup> nemo melius secum habere <sup>889</sup> poterit, quam qui districtioni ordinis monastici semetipsum subjugare studuerit. Ipsa etenim est quasi quaedam clausura vel stagnum vivarii. Quoniam quidem sicut pisces decurrente aqua vivarii moriuntur, si clausuræ ipsius minutatim ac sæpe crepant, nec reficiuntur, ita omnis religio monastici ordinis funditus perit si custodia ejus per modicarum contemptum culparum paulatim a fervore sui tepescit, attestante Scriptura, quæ dicit: *Qui modica spernit, paulatim decidet* (Eccli. xix, 1).

## CAPUT CXXIV:

*Quod quatuor modis pax agatur.*

Quatuor quippe modis pax agitur, quibus homo ad veram quietem perducitur. Aut enim sit ab aliquo inter aliquos duos, aut inter semetipsum et alterum, aut inter carnem et spiritum, aut inter corruptibilitatem nostram et incorruptibilitatem quam Deo donante expectamus <sup>890</sup>. Si tres <sup>891</sup> superiores modos nunc habuerimus, tunc demum ad illam pacem perveniemus de qua dicit Apostolus: *Habete pacem cum Deo* (Rom. vi). Duo itaque primi mo-  
 li sunt per concordiam. Est enim pax carnalis, est et spiritualis. Concordia etiam est carnalis, et spiritualis. Pax et concordia carnalis est, quam habent infideles, vel etiam falsi Christiani, cum in peccato concordant, et inde quamdam pacem obtinent. Hanc autem pacem Christus non commendavit, ubi dixit: *Non veni pacem mittere in terram, sed gladium* (Matth. x, 34). Per terram terrenos, per gladium separationem, qua separamur a carnalitate, potest intelligere <sup>892</sup>. Tertius vero modus per spiritus fit victoriam sibi subjugantis carnem. De hoc etiam idem Dominus ait: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis* (Joan. xiv, 27); et propheta: *Pax multa diligentibus legem tuam* (Psal. cxviii, 165); et: *In pace factus est locus ejus* (Psal. xi, 15);

## VARIAE LECTIONES.

<sup>885</sup> Iste naturam humanam vagam infra *ms Corb. 307* iste humanam infra *ms A. 1* iste naturam <sup>886</sup> Itaque et justum praevidere condecet *mss* sic et iste procurare debet *mss Corb. 307 Vict. 13* sic et istum providere condecet <sup>887</sup> Quoad peccatum *mss* quo ad peccatum <sup>888</sup> Quam quidem pacem etc. *ms A. 1* hæc usque ad finem capituli omittit. *ms Vict. 13* omittit quidem <sup>889</sup> Melius habere *mss Vict. 13 Corb. 307* melius secum habere <sup>890</sup> Quam Deo donante expectamus *ms A. 1* quæ tamen in præmium recipitur post hanc solam vitam <sup>891</sup> Si tres, etc. *ms A. 1* hæc omittit. usque ad, Duo itaque, etc. quæ etiam contrahit <sup>892</sup> Potes intelligere et te *mss et Edit. Col.* potes intelligere <sup>893</sup> Notandum siquidem, quod humanæ naturæ quatuor sunt status, *ms A. 1*. Quatuor quippe humanæ naturæ sunt status <sup>894</sup> Beata vita vel misera *mss A. 1 Corb. 307* beata vel misera <sup>895</sup> Postremi miseri *ms A. 1* postremi sunt miseri <sup>896</sup> Temporaliter laboremus *ms A. 1* addit; nam et æternum præmium æterno promerendum servitio esset, si utrumque simul esse posset <sup>897</sup> Homo quia æternum *ms A. 1* verum quia homo æternum <sup>898</sup> Si Deus laborando æternum exigeret obsequium. Sed Deus *mss* Si Deo æternum laborando exhiberet obsequium, Deus *Edit. Col.* Nisi Deo, etc. ut in *mss* <sup>899</sup> Vitæ homines *mss et Edit. Col.* vitæque homines <sup>900</sup> Et Deus enim coadjuvet *mss et Edit. Col.* et Deus ei hoc coadjuvet <sup>901</sup> Qui vero non a *ms A. 1* Quod si non a <sup>902</sup> Deo deservire ceperit *mss A. 1 Corb. 307* Deo servire ceperit <sup>903</sup> Præcedentis exigit præmium *mss A. 1 Corb. 307* præcedentis præmium <sup>904</sup> Recompensabit in malum, sicut *ms A. 1* recompensabit. Sicut <sup>905</sup> Habere voluerit *ms A. 1* habere noluerit <sup>906</sup> Malo, non carebit *mss et Edit. Col.* malo carebit præmio *ms Corb. 307* malo, vitæ æternæ carebit præmio

semper omnis homo quisque eo ordine quo consti- A  
tutus ab ipso est.

## CAPUT CXXVII.

*De tribus hominum generibus seu ordinibus.*

Tres quippe sunt ordines hominum, videlicet orantes, agricultores et defensores. Hos autem ordines sic ad diversa officia Deus in hoc mundo disposuit, quemadmodum quidam paterfamilias oves, et boves, et canes maximos in domo sua distribuit.

## CAPUT CXXVIII.

*Exemplum ovium, boum et canum.*

Oves namque ad hoc habet ut lac sibi et lanam ferant; boves vero, ut terram exerceant; canes autem, ut tam oves quam boves a lupis defendant. Si igitur horum quodque animalium suum gerat officium, illud ad vitam Dominus servat, quia ejus sibi<sup>907</sup> utilis est vita. Si vero officium quod est suum non egerit, morte sola iudicatur dignum, quia ejus vita nullum fert<sup>908</sup> fructum. Si enim ovis lac vel lanam<sup>909</sup> non attulerit, bos autem terram non exercuerit, quem alium fructum ferre poterunt<sup>910</sup>? Rursus, si canis custodiae pecudum deputatus, eas lupos permiserit laniare, aut easdem ipse vel alios canes cœperit strangulare, quid aliud dominus agere debet quam eum obruere? Sic et Deus de illis ordinibus agit quos ad officia diversa in hoc mundo disposuit. Quosdam namque, ut clericos monachosque, ad hoc ipsum disposuit ut pro aliis orent, mitesque, ut oves, lacte prædicationis eos imbuant, lanaque sui boni exempli ferventes in Dei amore faciant. Alios vero, ut agricultores, ad hoc disposuit, ut de suo, velut boum labore, ipsi vivant et alii. Quosdam etiam, ut milites, ad hoc instituit ut asperitatem, prout necesse fuerit, ostendant, tamque orantes quam agricultores ab adversis gentibus, velut a lupis, defendant. Si ergo sui quisque ordinis officium impleat, longam promeretur vitam, quia cæterorum vivit ad utilitatem. Si vero istud agere noluerit, vita ipsa indignus existit, quia fructum non affert propter quem vivit. Si enim clerici monachique orationem vel prædicationem aliis impendere, vel etiam bonum<sup>911</sup> exemplum prætere, aut terram agricolæ noluerint excolere, quod aliud poterunt officium expleere? Rursus: si milites alios defendere noluerint, aut etiam more rabidorum canum, eosdem aut seipsos occiderint vel oppreserint, quid de illis nisi quod de rabidis canibus debet

fieri? Unusquisque sui ordinis gerat officium, ne et totum quod vivit deputetur mendacium.

## CAPUT CXXIX.

*De mendacio.*

Si enim quod ordinis sui est non egerit, omnis ejus exterior habitus mentitur, qui eum ordinis<sup>912</sup> illius esse testatur. Actus quoque illius, et verba, ipsaque mentitur cogitatio, quia mendacium testatur pro vero. Cum enim quidpiam agit<sup>913</sup>, vel dicit, vel cogitat, sic esse agendum, dicendum cogitandumque alius indicat<sup>914</sup>. Plus etenim loquitur plerumque homo actu quam verbo, sicut hoc potest videri exemplo.

## CAPUT CXXX.

*Exemplum de medico.*

Medicus namque herbam<sup>915</sup> aliquam si diceret<sup>916</sup> ægroto salutiferam esse, et non ex ea comederet<sup>917</sup>, aliam vero mortiferam, ipse tamen ex ea gustaret, plus ei actu quam verbo diceret, quia plus ei hanc actu quam verbo<sup>918</sup> comedendam suaderet. Cum igitur quippiam quis agit, vel dicit, vel cogitat, sic esse agendum, dicendum cogitandumque cæteris manifestat<sup>919</sup>. Quod si ita est, verum actu, et verbo, et mente loquitur. Si vero non est, iisdem omnibus<sup>920</sup> e contra mentitur. In quantum igitur verum dicitur, bene; in quantum vero mendacium profertur, male vivitur, quia omne peccatum mendacium esse probatur. Siquidem non nisi cogitatione, locutione et opere peccatur, quibus quoties peccamus, Deo et hominibus mentimur<sup>921</sup>. His itaque tribus Dei timorem ponamus custodem<sup>922</sup> quia, testante Scriptura: *Timor Domini expellet peccatum* (Eccli. I, 27). Timor denique Spiritus sancti est donum aliorumque omnium primum.

## CAPUT CXXXI.

*De septem donis Spiritus sancti.*

Septem quippe sunt dona Spiritus sancti, videlicet, timor, pietas, scientia, fortitudo, consilium, intellectus, sapientia. Horum autem donorum, ut dictum est, timor est primum, aliorumque veluti quoddam fundamentum. Hunc namque Spiritus sanctus mentis in campo supponit, aliaque dona suo in ordine<sup>923</sup> veluti in ædificio superimponit. Prius mentem metuere facit, ne pro peccatis suis separetur a Deo, et in pœnis inferni cum diabolo torqueatur. Huic denique timori superimponit pietatem, cum menti sic metuenti sui ipsius aspirat compassionem, pieque recolere facit quam misera erit si a

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>907</sup> Quia ejus sibi ms A. 1 cujus sibi <sup>908</sup> Nullum fert ms Vict. 13 nullum facit <sup>909</sup> Lac et lanam mss A. 1 Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. lac vel lanam <sup>910</sup> Ferre poterunt? mss A. 1 et Edit. Col. ferre poterint? ms Corb. 307 ferre potuerint? ms Vict. 13 facere poterint? <sup>911</sup> Et etiam bonum mss Corb. 307 Vict. 13 et Edit. Col. vel etiam bonum ms A. 1 vel bonum <sup>912</sup> Qui ordinis mss A. 1 Vict. 13 Corb. 307, et Edit. Col. qui eum ordinis <sup>913</sup> Cum enim quispiam quid agit ms A. 1 cum enim quippiam agit <sup>914</sup> Alius indicat mss aliis indicat <sup>915</sup> Medicus namque herbam ms A. 1 si enim medicus herbam <sup>916</sup> Aliquam si diceret ms A. 1 quandam diceret <sup>917</sup> Ægroto salutiferam esse, ac ut ea comederet, ms Vict. 13 cognosco salutiferam esse. Et non ex ea comederet, <sup>918</sup> Quam eam verbo mss A. 1 Corb. 207 quam verbo <sup>919</sup> Alius manifestat mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. cæteris manifestat ms A. 1 cæteris indicat <sup>920</sup> Eisdem omnibus mss A. 1 Corb. 307 isdem omnibus <sup>921</sup> Deo et hominibus mentimur ms A. 1 omittit, Deo et hominibus <sup>922</sup> Ponamus custodiam mss A. 1 Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. ponamus custodem <sup>923</sup> Sua in ordine ms A. 1 suo quoque ordine mss Corb. 307 Vict. 13 et Edit. Col. suo in ordine

Deo separata et in inferno cum diabolo fuerit torta. A Dehinc vero scientiam superimponit pietati<sup>924</sup>, cum mens, quæ sic timet sibi que compatitur, quo valeat modo salvari scrutatur, eique Spiritus sanctus hujus rei cognitionem largitur. Exinde autem fortitudinem superimponit scientiæ, cum mens pavida, sibi que compatiens, jamque quid agere debeat sciens, fit fortis Spiritus sancti dono ad operandum quæ didicit quibusque salvari se posse confidit. Post hæc vero consilium fortitudinis superædificat, cum mens jam fortis ad operandum, quæ pie timendo scit esse facienda, suo experimento didicit Spiritus sancti gratia quid de his omnibus aliis consulere debeat.

## CAPUT CXXXII.

*De donis Spiritus sancti quinque ad activam, duo vero ad contemplativam vitam pertinent.*

Hæc autem quinque Spiritus sancti dona ad activam, duo vero quæ sequuntur, id est intellectus et sapientia, ad contemplativam pertinent vitam. Ipsi tamen<sup>925</sup> Spiritus sanctus primis quinque<sup>926</sup> superimponit, ut suorum ædificium donorum possit omnino compleri. Postquam enim Spiritus sanctus mentem facit patientem sibi que compatiens, et ea quæ scit esse facienda fortiter operantem, et de ipsis sui exemplo aliis<sup>927</sup> consulentem, accendit eandem<sup>928</sup> ad intelligendum cur hæc vel illa Deus præcipiat; cur homo, licet alteri homini benefaciat, nullam ab eo<sup>929</sup> remunerationem exigere debeat. Quorum ut intellectum Spiritus sanctus menti aspirat, ad<sup>930</sup> postremum etiam sapientiam superaccumulat, cum quod videlicet<sup>931</sup> ratione intelligit, fit sibi<sup>932</sup> sapidum atque dulcissimum, soloque rectitudinis amore sequitur quod intelligit esse sequendum. Ab hac tamen sapientia, quam extremam posuimus, Spiritus sanctus dona sua dinumerare per Prophetam incipit, et usque ad timorem, a quo cœpimus ascendere, dinumerando descendit. Unde notandum quod<sup>933</sup> nobis innuit descendendo quomodo ex iisdem donis construat in nobis ædificium ascendendo. Hoc igitur ædificio ita composito, Spiritus sanctus in eo residet, totamque familiam domus interioris, id est omnes animæ sensus, regit et ad<sup>934</sup> obsequium disponit.

## CAPUT CXXXIII.

*De qualitatibus animæ et moribus.*

Hinc animæ qualitates, quæ prius erant instabiles, jam in bonos redigit mores. Mores quippe qualitates sunt animæ in habitum jam redactæ.

Non enim tunc mores dicuntur, cum cito adveniunt citoque recedunt, sed cum in anima stabiles existunt.

## CAPUT CXXXIV.

*Mores alii boni, et mali alii sunt.*

Horum autem morum alii boni, alii vero sunt mali. Boni igitur virtutes, mali autem vitia dicuntur.

## CAPUT CXXXV.

*De virtute et vitio.*

Virtutes autem bona exterius opera, vitia vero pariunt mala. Non tamen quoties agitur opus virtutis vel vitii, virtus ipsa vel vitium proprie dicitur haberi. Tunc enim tantum proprie habentur, cum ex consuetudine possidentur, unde et homines justii vel vitiosi dicuntur. Cum autem perfecte habentur, licet ipsa omnino sint dissimilia, haud tamen dissimilia semper habent<sup>935</sup> opera.

## CAPUT CXXXVI.

*De sapientia et stultitia, quandoque in eodem convenientibus.*

Quædam enim ex ipsis, ut sapientia perfecta atque stultitia<sup>936</sup>, eadem faciunt plerumque fieri opera. Sicut enim perfecte<sup>937</sup> sapiens dimittere non vult quin agat quod sibi bonum videtur, sic et ille qui perfecte stultus est. Verum hoc ideo ille facit, quia scit bonum non esse ut illud dimittat, stultus vero, quia sic putat. Est autem alius medius nec ita sapiens quin metuat falli, nec ita stultus ut in malo quod cœperit perseverare velit. Hic ergo quod sibi<sup>938</sup> bonum videtur, persepe dimittit, quia magis quam sibi alterius credit consilio.

## CAPUT CXXXVII.

*De odio et amore peccati.*

Item perfectum peccati odium<sup>939</sup>, perfectusque amor ejusdem, idem plerumque opus exhibet exterius. Sicut enim qui perfecte odit in se peccatum, non curat quis illud cognoverit, sic et quidem dilectum in se perfecte diligit. Verum hoc ille facit ut sibi Deus indulgeat, iste vero pro sua hoc facit impudentia. Alius vero medius est qui nec ita peccatum odit ut hoc omnes velit scire, nec rursus sic amat ut et omnes velit nescire. Hic igitur et pluribus illud abscondit, et unum tamen per confessionem patefacit.

## CAPUT CXXXVIII.

*De humilitate et superbia*

Rursus: perfecta humilitas perfecta que superbia opera quædam habent similia. Sicut enim perfecte

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>924</sup> Superimponit pietati *mss* superimponit menti <sup>925</sup> Ipsa tamen *ms A.* 1 ipse tamen <sup>926</sup> Primus quinque *mss* primis quinque <sup>927</sup> De ipsis suis exemplis aliis *ms A.* 1 de ipsis exemplo sui aliis *ms Corb.* 307 de sui exemplo aliis <sup>928</sup> Accendit, eandemque *mss* accendit eandem *Edit. Col.* accedit; eandemque <sup>929</sup> Nullam tamen ab eo *mss A.* 1 *Vict.* 13 *Corb.* 307. nullam ab eo <sup>930</sup> Mentis aspiret, ad *mss A.* 1 *Corb.* 307 mentis aspiret; ad <sup>931</sup> Ut quod videlicet *mss A.* 1 *Vict.* 13 cum quod videlicet *ms Corb.* 307 cumque videlicet <sup>932</sup> Sit sibi *mss A.* 1 *Corb.* 307 sit sibi <sup>933</sup> Unde notandum quod *ms A.* 1 verum sciendum quia <sup>934</sup> Sensus regit et ad *ms A.* 1 sensus ad <sup>935</sup> Dissimilia semper habent *ms A.* 1 dissimilia habent <sup>936</sup> Aut stultitia *mss A.* 1 *Vict.* 13 et *Edit. Col.* atque stultitia <sup>937</sup> Sicut perfecte *mss A.* 1 *Vict.* 13 *Corb.* 307 et *Edit. Col.* sicut enim perfecte <sup>938</sup> Hic ergo quod sibi *Edit. Col.* hoc ergo sibi <sup>939</sup> Peccatum odium *mss* et *Edit. Col.* peccati odium

humilis cum peccat, vult ut ejus praelatus suam A districte puniat culpam, sic et valde superbus. Verum hoc ille vult pro ejusdem culpæ remissione, iste vero vult pati pro indignatione. Dedignatur namque ut praelatus ipsius sui misertus vel ad modicum sibi parcat, imo magis ut suam immoderate puniat culpam desiderat<sup>940</sup>. Est autem alius medius qui nec omnino districte puniri, nec suam sibi culpam vult ex toto donari. Hic itaque cum aliquando peccat, partim puniri partimque dimitti suam sibi culpam desiderat. Hic namque illud habet verecundiæ genus quæ partim coram Deo, partimque est etiam hominibus.

## CAPUT CXXXIX.

*De tribus verecundiæ generibus.*

Tria etenim sunt verecundiæ genera, quæ et ipsa<sup>941</sup> operantur exterius diversa. Alia namque est coram Deo tantum, alia vero tantum coram hominibus, alia autem partim coram Deo et partim coram hominibus. Verecundia namque<sup>942</sup> coram Deo tantum est, cum quia tales sumus quales non esse decet erubescimus, nostraque peccata, si non aliis obessent, coram hominibus fateremur. Verecundia vero coram hominibus tantum est, cum quia agnoscimus quales non esse debemus, erubescimus et verecundamur<sup>943</sup>, nostraque delicta etiam uni de tegeere per confessionem erubescimus. Verecundia autem partim coram Deo, partimque coram hominibus est, ut cum nec ita de nostris peccatis coram Deo erubescimus, ut ea etiam coram hominibus fateri velimus; nec ita rursus coram hominibus, ut ea vel uni per confessionem de tegeere erubescamus. Quæ itaque verecundia est tantum coram hominibus est bona; quæ vero partim coram Deo est, partim coram hominibus, est melior; quæ autem coram Deo tantum est, optima est. Hæc enim postrema, ut dictum est, si non obesset aliis, suam homines confiteri culpam coram omnibus faceret: Media vero, nec ita est perfecta ut coram omnibus velit, nec ita est perfecta ut salutem<sup>944</sup> coram uno per confessionem suam erubescat culpam fateri. Prima autem etiam coram uno erubescit culpam fateri, bona tamen est et ipsa, quia licet sub rubore, culpam tamen confitetur vel uni quandoque.

## CAPUT CXL.

*De tribus quæ notantur in juvene<sup>945</sup>.*

In juvene quoque tria notantur<sup>946</sup>, quibus ad probitatem venturus prænosceatur. Hæc autem sunt:

taciturnitas, corporis continentia, verecundia. Taciturnitas videlicet, ut prius taceat, posterius dicat. Corporis autem continentia, ut non leviter oculos huc illucque reducat, manus pedesve ne moveat, sed omnia corporis sui membra decenter contineat. Verecundia vero, ut erubescat coram hominibus cum quid vetitum agit<sup>947</sup>, totusque rubore suffusus ostendat quia erubescit. Ad hæc itaque tria juvenis qui- que nitatur, quia unoquoque eorum ad altiora provehitur. Siquidem tacendo et audiendo sapientium doctrinam, paulatim concepit scientiam, quibusdamque incrementis ad spiritualem vitam per eorum verba pertingit.

## CAPUT CXLI.

*Similitudo inter diversa alimenta et præcepta.*

Sicut enim alimentis diversis ad perfectam corporis ætatem, sic præceptis dissimilibus ad spiritualem perducitur vitam. Ut enim educatur<sup>948</sup> prius simplici lacte matris, de hinc aliquo alio, deinde farinae commisto, postea micis panis, postmo lumetiam crustis donec quolibet solido cibo valeat uti. Sic ei primum<sup>949</sup> jubetur in Deum credere, dehinc eum diligere, deinde timere, postea bene operari, postmodum etiam adversa pati<sup>950</sup>, quousque sibi præceptum quodlibet secure possit iungi.

## CAPUT CXLII.

*Exemplum novi vasis semel imbuti.*

Quia spirituali doctrina semel ad plenum imbutus, novo vasi similis esse videtur. Ut enim vas novum potu bono semel affectum, vix ejus saporem amittit, etiamsi alio postmodum repleatur diversi saporis, sic juvenile cor spirituali doctrina semel imbutum vix ejus dulcedinem perdit, etiam cum sæculari occupatur postea negotio, ratione officii cui<sup>951</sup> intendit. Si autem tacendo sapientium verba contemnit audire, nec ad ullam ascendet scientiam spiritualis vitæ.

## CAPUT CXLIII.

*Exemplum cultri.*

Utique qui proprio caret cultro, merito esurit, si alieno incidere<sup>952</sup> nolit, et iste propria carens scientia jure spirituali fame deperit, cum aliena nolit tacendo scientia uti. Tacendo igitur sapientium verbis attendat, ut ad scientiam spiritualis vitæ doctrina eorum pertingat. Continentia autem corporis membra, ut supra dictum est, in melius proficit, quia mentem hoc modo sta-

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>940</sup> Desiderat. *mss addunt*: Hic namque illud habet verecundiæ genus, quæ partim coram Deo, partimque est coram hominibus. <sup>941</sup> Quæ et ipsam *mss* quæ et ipsa <sup>942</sup> Verecundia namque *etc. ms A. 1. omittit usque ad finem capituli.* <sup>943</sup> Qualem esse debemus, verecundamur *mss Vict. 13 Corib. 307* quales non esse debemus erubescimus et verecundamur <sup>944</sup> Perfecta, ut saltem *mss et Edit. Colon.* perfecta ut coram omnibus velit; nec ita est imperfecta, ut saltem <sup>945</sup> De tribus generibus quæ *ms Vict. 13 et Edit. Col.* de tribus quæ <sup>946</sup> Tria genera notantur *mss A. 1 Vict. 13 et Edit. Col.* tria notantur <sup>947</sup> Quid vetitum agit *mss* Quid vetitum agit *ms A. 1* quid illicitum agit <sup>948</sup> Ut enim educatur *etc. ms A. 1. Hæc et alia omnia quæ sequuntur de Similitudinibus omittit: et præadductis subjungit similitudinem militis spiritualis et militis temporalis, et de Cellario Domini: quæ non exstant huc usque in Editis.* <sup>949</sup> Sic enim primum *Vict. 13 et Corib. 307* sic ei primum <sup>950</sup> Diversa pati *mss. Vict. 13 et Corib. 30* adversa pati <sup>951</sup> Postea negotio, ratione officii, cui *mss Vict. 13 et Corib. 307* omittunt, negotio, ratione officii, <sup>952</sup> Alieno incidere *mss. Vict. 13 Corib. 307 et Edit. Col.* alieno incidere



biliorem et placidam reddit. Mens vero stabili- A  
lis et placida exterius verba reddit et ipsa.

## CAPUT CXLIV.

*Exemplum de aqua quieta et solis radiis.*

Ut enim aqua quieta, cum ex una parte solis  
suscipit radium, ex altera quietum et ipsum aliquo  
in pariete reddit, sic mens pacata suscipiens aure  
cujuspiam verbum, ore remittit et ipsum pacatum.  
Ut vero aqua commota, radium commotum, sic et  
mens turbata verbum reddit turbatum, sed et om-  
nem exterius actum. Ut ergo ad quietem mentis, et  
oris, et operis sibi proficiat juvenis, quæque mem-  
bra decenter contineat. Erubescendo autem, sicut  
et dictum est, in melius proficit, quia verecundia  
pœnitentiam parit, cujus alia quidem sicca alia  
vero humida est.

## CAPUT CXLV.

*De pœnitentia sicca et humida.*

Sicca namque pœnitentia est, cum aliquem qui-  
dem sui peccati pœnitet, sed humore pietatis  
suique ipsius compunctione caret. Humida vero  
est, cum habet utrumque, suumque luget pecca-  
tum magna cordis contritione. Ut ad hanc ergo  
proficiat <sup>953</sup> pœnitentiam, non juvenis tantum, ve-  
rum etiam omnis homo erubescat, cum quid agit  
illicitum.

## CAPUT CXLVI.

*Exemplum arborem magnam succidere volentis*

Est autem sciendum, si quem magni <sup>954</sup> alicujus  
pœnitet criminis, sibi esse agendum more arborem  
magnam succidere volentis. Sicut enim ille minora  
in circuitu arbusta prius curat succidere, ne sibi  
arborem ipsam succidenti possint obesse, sic et huic  
vitia minora illi crimini vicina prius sunt extir-  
panda, ne qua sibi crimen ipsum destruenti serant  
impedimenta.

## CAPUT CXLVII.

*De detractione.*

Detractionis vitium, quod maxime ex otiositate  
solet nasci, multum est cavendum, quia perniciosum  
est malum. Unde beatus Clemens inter cætera quæ  
ab ore beati Petri se didicisse fatetur, hoc modo  
scribit.

## CAPUT CXLVIII.

*De tribus homicidii generibus*

Tria sunt genera homicidii, quæ pari pœna ple-  
ctuntur: interfectio fratrum, detractio, odium. De  
qua etiam Paulus dicit: *Si comeditis, et invicem  
mordetis, videte ne ab invicem consumamini* (Gal. v,  
15). Comedit namque alter alterum, et quasi mor-  
sum in eo facit, quotiescunque aliquis aliquem male

loquendo viliores efficit. Unde necesse est ut ab  
invicem consumantur, pœnis videlicet gehennalibus  
detrudi miserrime puniantur. Sic igitur is qui al-  
terum detrahendo comedit, consumitur ab eo quem  
morsibus detractionis consumere gestit. Nam cum  
ejus vitam per detractionem dilacerat <sup>955</sup>, semet-  
ipsum ante justum judicem Deum condemnat. Sicque  
plerumque contingit ut is qui alteri derogat, nisi  
resipiscat, coram Deo in damnationem cadat; quam-  
vis ille cui detrahatur, nihil læsionis ex ipsa detra-  
ctione sentiat. Quid autem detractio operetur, vel  
quid sit inquiramus, et inquirendo, quod Dominus  
dederit, breviter dicamus, non ideo quod nesciatur,  
sed idcirco ut quod scitur melius teneatur.

## CAPUT CXLIX.

*Exemplum ignis, et venti, et humanæ mentis.*

Solet enim contingere ut ignis in aliqua materia  
aliquando paululum ardeat; et [si] vento impellitur,  
ad majorem ardorem crescat. Taliter et mens <sup>956</sup>  
humana salubri admonitione pulsata ad opus agen-  
dum, post suggestionem ocius surgit <sup>957</sup> ad quod  
prius surgere neglexerat. Sicque ut ignis vento mo-  
vetur, sic mens a <sup>958</sup> torporis desidia <sup>959</sup> admoni-  
tione excitatur.

## CAPUT CL.

*Detractionis descriptio.*

Detractio itaque est quotiescunque quis aliquid  
ea intentione de aliquo dicit unde ipse vel minus  
amari sive minus appetiari possit. Detractio vero  
malis duritiam, pœnitentibus refrigerationem <sup>960</sup>  
tentatis <sup>961</sup> exemplum peccandi, quasi fomenta ma-  
litiæ præstat. Naturale siquidem est ut, sicut id  
quod a nullis fieri audio, facere formido, sic illud  
quod a pluribus vel etiam a paucis fieri percipio,  
facilius præsumo: et quo plures eandem rem fe-  
cisse cognovero, eo minus eam facere dubito. Bonus  
quoque, si nec pœnitens de aliquo criminali fuerit,  
nec tentationem aliquam inde habuerit et alium illa  
vel illa criminalia perpetrasse per detractionem  
audierit, nisi sibi vigilantibus oculis providerit <sup>962</sup>, ma-  
teriam superbiendi accipit. Proprium namque est  
superbiæ singularitate semper gaudere. Quapropter  
summopere cavendum est peccatum detractionis,  
quia fomes est tantæ perditionis.

## CAPUT CLI.

*Commendatio charitatis.*

Tollit enim charitatem, sine qua impossibile est  
quempiam Deo placere (Hebr. xi, 6). Qui enim non  
diligit, manet in morte (I Joan. iii, 14). Plus nam-  
que peccat qui amorem proximi a corde alterius  
minuit, quam qui victum ab ore pauperis rapit.

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>953</sup> Proficiat mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. sibi prosit <sup>954</sup> Quem magni ms Corb. 306 si quem  
magni Edit. Col. quam magni <sup>955</sup> Lacerat mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. dilacerat <sup>956</sup> Taliter  
etiam est mens ms Vict. 13 taliter etiam mens ms. Corb. 307 taliter et mens <sup>957</sup> Citius surgit mss Vict. 13  
Corb. 307 et Edit. Col. ocius surgit <sup>958</sup> Sit mens a ms Vict. et Edit. Col. sic mens a ms. Corb. 307 si mens  
a <sup>959</sup> Corporis desidia Edit. Col. torporis desidia <sup>960</sup> Refrigerium mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col.  
refrigerationem <sup>961</sup> Tentatis ms Corb. 307 tentaturus <sup>962</sup> Vigilantiæ oculo præviderit mss Vict. 13 Corb.  
307 et Edit. Col. vigilantibus oculis providerit

Nam sicut anima pretiosior est quam corpus, sic A  
gravius est animæ victum auferre quam corporis.  
Victus vero animæ est amor Dei et proximi; Qui  
enim diligit proximum, legem implevit (Rom. xiii,  
8). Qui igitur dilectionem, qua debet anima susten-  
tari, tollit, quantum in se est, animam occidit. Pro-  
pterea cavendum est ne quisquam aliquid sinistrum  
de aliquo loqui præsumat, nisi propter emendatio-  
nem ejus hoc faciat. Nam prælato aut illi quem  
puto posse consulere peccanti et vitiorum vulnera  
mederi, debeo alterius malefacta propter emendatio-  
nem detegere, quæ per meipsum nequeo emendare.  
Et ne alius corrumpatur ipsius offensione, compen-  
diose etiam possum eum monere, ne tali jungatur  
singulari aliqua familiaritate, aliter vero, nullo  
modo de aliquo quidquam adversi loqui debeo.

## CAPUT CLII.

*Quid noceat detractio et quid prosit bonum  
audire.*

Cæterum sicut <sup>963</sup> nocet multis de quolibet malum  
dicere, sic pluribus solet prodesse de aliis bona au-  
dire. Nam cum bona de aliquo referuntur, hi qui  
boni sunt ejus facta æmulantur; eoque propensius  
in sua bonitate perseverare nituntur, quo alii ejus-  
dem bonitatis sectatores laudantur. Si autem  
pœnitentes fuerint, tanto studiosius suam pœ-  
nitentiam, ut boni efficiantur, peragunt, quanto  
gloriosiores <sup>964</sup> bonos esse malis sedula relatione  
percipiunt. Porro si mali fuerint, erubescunt, cum  
de aliis bona referri audiant, a quibus semetipsos  
vacuos esse considerant; tantoque facilius ad pœni-  
tentiam revocantur, quanto plures, et forte debiliores  
se bona operari eis referuntur. Sit igitur omni Christia-  
no in sedula consuetudine semper bona de aliis æstima-  
re, bona loqui, nihil mali credere nihilque proferre.

## CAPUT CLIII.

*De scientia, voluntate et usu.*

Cum in omnibus <sup>965</sup> actionibus nostris summo-  
pere quærendum sit <sup>966</sup> ut boni simus, alioquin beati  
esse non poterimus, quærendum etiam est quibus  
potius utendum sit ut boni efficiamur. Tria itaque  
mihi esse videntur quæ necessaria sunt volenti  
effici bonus, scilicet scientia, voluntas et usus. Nam  
nisi quis habeat scientiam bonum faciendi, nequa-  
quam bonum, unde salutem consequatur, operari  
poterit. Et si habet scientiam, sed voluntatem ope-  
randi non habuerit, bonus nullo modo erit <sup>967</sup>. Quod  
si boni agnitionem et voluntatem operandi obti-  
nuerit, nec tamen ejus usum opere compleverit,  
cum possit, bonus nequaquam erit.

## CAPUT CLIV.

*Exemplum citharistæ.*

Ut si is qui citharista esse debuit, citharam non  
cognovit <sup>968</sup>, qualiter citharædus? Si etiam instru-  
mentum illud non agnovit, et si agnovit, sed  
tangere illud noluerit, qualiter citharædus erit? Si  
autem illud agnovit, et tetigerit, sed ejus usum  
habere contempserit, nunquam propter cognitionem  
et voluntatem, sine usu hujus artis, peritus erit. Tali-  
ter namque, licet quis habeat scientiam bene vivendi  
et voluntatem, nequaquam bonus erit, nisi etiam bo-  
ni operis usum tenuerit juxta suam possibilita-  
tem.

## CAPUT CLV.

*Similitudo inter desides et peccantes*

B Sunt autem quidam sanctarum Scripturarum  
ignari, et dum aliquid de eis quod possent ad ædifi-  
cationem sui retinere, audiunt, contemnendo di-  
cunt <sup>969</sup>: « Ad quid istud tantillum tenebo? Non ex  
re tam parva sapiens ero; cur ergo mihi laborem  
imponam? Dicunt: « Jam quiescam, vivam ut potero,  
quia frustra sapientiæ amplius studebo; non enim  
omnes peribunt qui sapientes non sunt. » Hæc et his  
similia piger et insipiens sibi proponit nec per-  
cipit quia antiquus hostis ad interitum ejus talia <sup>970</sup>  
sibi suggerit, quatenus in omni vita sua nulli inten-  
dat utilitati, sed in negligentia et torpore semper  
vivat et pereat. Amplius quoque: « Satis, <sup>971</sup> inquit,  
sunt sapientes in mundo, satis scriptores, satis qui  
habent peritiam artium, non est opus ut ego me  
dicendo fatigem. Præterea pueritiam jam exui, jam  
senectuti appropinquo, nec jam possem <sup>972</sup> ad ma-  
gnam scientiæ fructum venire, si modo inciperem  
laborare. » Sic secum piger tractat, et in sui torporis  
desidia perseverat. Simili etiam modo nonnunquam  
peccator nititur ne ad bonæ operationis exerci-  
tium aliquando exurgat. Solet enim contingere ut  
is qui luxuriæ inquinamento sædatur, interdum se-  
metipsum cognoscat, et facti sui pœniteat; sed cum  
iterum tentatio advenerit, et locus peccandi affuerit,  
dicit: « Quare istam voluptatem perderem? Satis  
etiam hanc admittere potero, sicut et multas alias  
feci; et in futuro cum satiatus fuero, omnia in simpli  
confitebor, et sic bonus efficiar. Satiabor igitur, do-  
nec Deo de omnibus <sup>973</sup> satisfaciam; et tunc tantum  
jejunabo, tunc tot afflictionibus, tot verberibus cor-  
pus meum castigabo, tantum elemosinis et parci-  
monia <sup>974</sup> studebo, ut in me nihil remaneat dignum  
supplicio. Cum enim adhuc illa et illa in me restant  
sine confessione, cur me ab hac sola compesceri de-

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>963</sup> Cæterum vero sicut *mss Vict. Corb.* 307 cæterum sicut <sup>964</sup> Quanto gloriosiores *ms Vict.* quanto  
gratosiores <sup>965</sup> A. Cum omnibus *mss. Vict. Corb. et Edit. Col.* cum in omnibus <sup>966</sup> Quærendum est *ms*  
*Vict.* quærendum etiam <sup>967</sup> Nullo modo est *mss. Vict. Corb.* nullo modo erit <sup>968</sup> Non cognoverit *mss*  
*Vict. Corb. et Edit. Col.* non cognovit <sup>969</sup> Contemnendo etiam dicunt *mss Vict. Corb. et Edit. Col.* con-  
temnendo dicunt <sup>970</sup> Eis talia *mss Vict. Corb. et Edit. Col.* ejus talia <sup>971</sup> Amplius quoque dicunt: satis  
*mss et Edit. Col.* amplius quoque, satis <sup>972</sup> Nec jam possum *mss Vict. Corb. et Edit. Col.* nec jam  
possem <sup>973</sup> Donec Deo de omnibus *ms Vict.* donec de omnibus <sup>974</sup> Et parsimoniam *mss. Vict. et Corb.*  
parsimoniam

etatione? Talia nonnulli interdum sibi met ipsis prave consulunt; nec miseri attendunt quanta erroris caligine interius obtenebrentur. Nam quanto sunt peccatis obligati majoribus, ac bonitate pauperiores, tanto deberent esse ad omne delectamentum diabolicæ suggestionis excutiendum ardentiores. Sicut enim virtus virtuti accumulata prodest, sic vitium appositum vitio obest. Quisquis ergo hodie quidquam boni operari<sup>975</sup> potest, nullatenus hoc procrastinare debet. Unde Salomon: *Quodcumque potest manus tua facere, instante operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia est apud inferos* (Eccle. ix, 10).

## CAPUT CLVI.

*Similitudo inter pauperes, stultos et negligentes.*

Verum hujusmodi homines ita in peccando negligentes imitantur etiam pauperes insipientes. Siquidem pauper insipiens, cum obolum acquirit, aut aliud quid parvi munusculi, dicit: «Ad quid illud tantillam servarem? Non propter hoc dives ero. Expendam itaque hoc in pomis, aut nucibus, aut qualibet alia re mihi delectabili. Non enim istud custodiendo sollicitus volo haberi.» Sic stolidus, dum parvipendit modica, nunquam proficit ad majora. Sapiens autem pauper parva quæ nanciscitur, custodit, et quo minus se habere considerat, eo magis nacta retinere desiderat, quatenus ex parvulorum congerie ad majora queat quandoque pertingere<sup>976</sup>. Sic nimirum is qui se pauperem scientiæ ac bonitatis sentit debet facere, si ad aliquem effectum scientiæ ac bonitatis velit pervenire. Nam sicut plura grana massam, et guttæ flumen, et multi nummi divitem faciunt; sic multæ scientiarum sententiæ<sup>977</sup> sapientem, et plures bonitatis actiones, bonum quemlibet efficiunt.

## CAPUT CLVII.

*De scientia et tribus partibus ejus.*

Cum igitur scientia sit necessaria ut<sup>978</sup> bonus quis efficiatur, et manifestum sit nullum eam posse comprehendere, qui minimas ejus partes negligit colligere (nisi forte quis subito illuminetur, sicut apostoli et prophetæ), quærendum est quomodo per gratiam Dei illam valeamus acquirere? Tribus itaque causis videtur mihi illam posse adipisci, doctrina scilicet, experimento et ratione.

## CAPUT CLVIII.

*De doctrina.*

Per doctrinam quippe, quæ capitur lectione et

A sermocinatione, scientia acquiritur. Quia cum quis legit<sup>979</sup>, aut legentem sive loquentem audit, ad hoc ut eorum quæ leguntur sive referuntur scientiam habeat, intendit.

## CAPUT CLIX.

*De experimento et ratione.*

Experimento vero acquiritur scientia, cum rei quam aliquis probavit, certam habet notitiam. Ex ratione<sup>980</sup> quoque percipitur, cum per naturalem mentis discretionem in illis quæ facienda sive omitenda sunt, quis solidatur. Scientia igitur his tribus rebus acquiritur. Sed quia inflat, nisi eam charitas ædificet, nihil prorsus proficit absque voluntate bonitatis. Voluntas itaque bona est, quæ Dei voluntati subjecta est; quæ tunc voluntati Dei subjecta est, quando id vult quod Deus vult eam velle debere; et tunc justa sive recta dicitur, quando id quod Deus vult eam velle debere, amplectitur.

## CAPUT CLX.

*Quod non semper debemus velle quod Deus vult.*

Non enim semper velle debemus quod Deus vult, sed quod Deus<sup>981</sup> vult nos velle debere. Voluit enim Deus beatum Martinum ab hac vita tollere; sed si ejus discipuli hoc tunc voluissent, crudeles utique exstitissent. At noluerunt quod Deus voluit, sed voluerunt quod Deus voluit eos velle debere, et vitam<sup>982</sup> justitiæ tenere. Qui ergo cum scientia voluntatem bene operandi portat, maxima ex parte bonitati appropinquat. Unde sciendum est quia quicumque bonam voluntatem habere desiderat, necesse est ut a vanitate sese alienare studeat. Nam sicut una operatio aliam a se diversam operationem excludit, sic cogitatio cogitationem expellit, et voluntas nihilominus voluntatem repellit. Cum enim manu scribo, non agrum semino; deinde etiam cum seminavero, scriptionem excludo. Sic utique cum et ipse<sup>983</sup> inane quid cogito, non interim utilitatem penso; et cum postea utile quid pensavero, inanitatem expello<sup>984</sup>. His igitur quæ diximus de scientia et voluntate transcursum, videamus etiam quam sit necessarius usus bonæ operationis.

## CAPUT CLXI.

*De usu.*

D Quippe sicut corpus humanum sine frequenti ciborum usu nequit subsistere, sic anima absque virtutum frequentatione non potest vivere. Qui ergo ad effectum bonitatis venire desiderat, necesse est

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>975</sup> Boni operis operari *mss Vict. Corb. et Edit. Col.* boni operari <sup>976</sup> Quærat quandoque pertingere *ms Vict.* queat pertingere *ms Corb.* queat quandoque pertingere <sup>977</sup> Multæ scientiarum sententiæ *ms Vict.* multæ sententiarum scientiæ *ms Corb.* multæ scientiæ <sup>978</sup> Ad hoc ut *mss Corb. Vict. et Edit. Col.* ut <sup>979</sup> Quisquis enim legit *ms Vict. et Edit. Col.* quia cum quis legit *ms. Corb.* quod quisquis legit <sup>980</sup> Et ratione *mss Vict. Corb. et Edit. Col.* Ex ratione <sup>981</sup> Sed hoc velle debemus quod Deus *mss Vict. Corb.* sed quod Deus <sup>982</sup> At noluerunt quod Deus voluit; sed voluerunt quod Deus voluit eos velle debere, et viam *mss et Edit. Col.* at noluerunt quod Deus voluit; sed voluerunt quod Deus voluit eos velle debere; et viam *mss Vict. et Corb.* At voluerunt quod Deus voluit eos velle debere, et viam <sup>983</sup> Sic itaque cum et ipse *ms Vict.* Sic et ipse cum *ms Corb.* sic utique cum et ipse <sup>984</sup> Virtutem expello *ms Vict. et Edit. Col.* inanitatem expello

ut cum scientia et voluntate etiam ipsum usum A rem justificamur, per usum beatificamur. In quantum habeat.

## CAPUT CLXII.

*Quod bonus <sup>985</sup> homo de omnibus sibi bonum faciat.*

Bonus homo de omnibus bonis et malis <sup>986</sup> utilitatem sibi acquirit. Siquidem, cum aliquid boni de homine bono vel malo audit, gaudet et Deo inde gratias agit: quod dum facit, mercedem a Deo bonæ voluntatis accipit, ac si cooperator fuisset ejusdem operis. Malum autem si audierit, dolet quod sibi in mercedem reputatur <sup>987</sup>, quasi ejusdem mali destructor fuisset vel diminutor. Sed dicit aliquis: « De bono et prosperitate inimici mei nequeo gratulari, neque de damno ejus contristari; quod si ore confiteor, me condemno, corde etenim mentior » B

## CAPUT CLXIII.

*Ratio quomodo inimici diligere possint.*

Ad hoc considerandum est qualiter is qui in bono proficere desiderat, sibi ipse vim inferre debet ut proficere valeat. Licet carnalis appetitus <sup>988</sup> meus damnum inimici mei appetat, non tamen hoc ore profiteri debeo <sup>989</sup>, sed potius damnum ejus plangere, et contra appetitum carnis meæ, illius prosperitati favere; illius damnum <sup>990</sup> solum verbis, si corde simul nequeo, demonstrare mihi displicere, Nam si rationem consideramus, rectius agimus quando Deo obedimus, quam faciamus quando carnali voluptati consentimus. Præceptum etenim Domini est *ut inimicos diligamus*. Si ergo eos affectuose diligere C nequeo, quoniam carnalitatem meam ad amorem eorum adhuc flectere non valeo, tamen velle debeo eos me posse amare; et, donec valeam hoc agere, verbum quod potestati meæ subjacet, bonum et non malum de illis promulgare. Cumque hoc ago, non mentior quando dico me illos diligere, quoniam *velle adjacet mihi, perficere autem non habeo* (Rom. VII, 18). Condelector tamen Dominico præcepto, secundum rationem spiritus mei, ut eos diligam, quamvis corruptibilitas carnis meæ repugnet. *Jam enim non operor ego illud, sed quod regnat in me peccatum* (ibid. 20). Aliud enim est sentire, aliud consentire. Malus vero homo e contratio sibi de bonis omnibus et malis <sup>991</sup> peccatum accumulatur, cum bonis omnibus invidet, malis vero favorem D exhibeat. Hujus finis interior, mors et tribulatio, justus autem finis est Christus, vita et exultatio.

## CAPUT CLXIV.

*De intellectu, amore et usu.*

Tribus modis sentitur Deus, videlicet intellectu, amore et usu. Per intellectum sapimus, per amo-

rem justificamur, per usum beatificamur. In quantum quis Deum intelligit, sapiens est; in quantum vero amat, justus; verum in quantum utitur, beatus Quando <sup>992</sup> quod rectum est videmus, Deum per intellectum mentis sentimus, quandoquidem quæcunque recitudo est ab illo est.

## CAPUT CLXV.

*Similitudo inter Deum et solem.*

Sicut enim ex splendore solis ipsum solem sentimus, antequam illum perspicue videamus, sic ex mentis nostræ speculatione Deum sentimus, quando verum quid ex ipsa veritatis luce perspicimus; sicque illum intelligendo et amando, per fidem et spem ad præsens sentimus. In futuro autem, jam per speciem <sup>993</sup> sentimus, *quia videbimus eum sicuti est* (II Joan. III, 2); non tamen eum omnes æqualiter videbunt, nec ejus amore omnes æqualiter calebunt.

## CAPUT CLXVI.

*Similitudo inter ignem et Dei amorem.*

Sicut enim diverso modo lignum et ferrum ignis ardore calcant, sic cœlestes spiritus et beatorum animæ inæqualiter Dei amore fervent.

## CAPUT CLXVII.

*Quomodo sancti Deum videbunt.*

Nunc autem videmus eum in ænigmate (I Cor. XIII, 12), et quasi in pictura ea quæ dicimus, veluti pictum solem aut mare videremus. Solem quippe aut mare cum depicta videmus, non sicut est in ipsa re, ea habemus. Cum vero solem clare lucentem perspicimus, aut mare turbulentum vel tranquillum cernimus, rem sicuti est veraciter intuemur, quamvis tantam quanta in se est intueri nequeamus. Sic sancti Dei in gloria sua Deum videbunt, sed magnitudinem divinitatis ejus sive immensitatem potentie illius comprehendere nequibunt. Non enim immensus esset, si intellectu <sup>994</sup> alicujus comprehendere potuisset.

## CAPUT CLXVIII.

*De quatuor modis præcipiendi et totidem obediendi.*

Aliquando bene præcipitur <sup>995</sup>, et bene obeditur; et e contra interdum male præcipitur, et male obtemperatur; aliquando bene præcipitur, et male obeditur; aliquando male præcipitur, et bene obeditur. Bona est præceptio, et bona est obeditio, cum præcipitur ne castitatem quis violet, et servatur <sup>996</sup>. Mala est jussio, et mala obeditio, si jubetur furari, vel hujusmodi, et fiat. Bonum est præcipere, et malum obedire, ut si, verbi gratia, aliquis captivetur, et ad capitis plectionem veniatur, ne fugiat, ligatur. Huic autem si forte aliquis dicat: « Fuge,

## VARIE LECTIONES.

<sup>985</sup> Quod bonus *ms Vict. et Edit. Col.* Quod bonus <sup>986</sup> De omnibus hominibus bonis et malis *ms Vict. de omnibus bonis et malis* <sup>987</sup> Deputatur *ms Vict. Corb. et Edit. Col.* reputatur <sup>988</sup> Carnalis seu naturalis appetitus *mss Corb. Viet. et Edit. Col.* carnalis appetitus <sup>989</sup> Confiteri debeo *ms Vict. et Edit. Col.* profiteri debeo <sup>990</sup> Illiusque damnum *mss Vict. Corb. et Edit. Col.* illius damnum <sup>991</sup> De bonis et malis *ms Vict. de bonis omnibus et malis* <sup>992</sup> Sed quando *mss Vict. Corb. et Edit. Col.* Quando <sup>993</sup> Non jam per spem *ms Corb.* non jam per speciem *ms Vict.* jam per speciem <sup>994</sup> Si ille intellectu *mss Vict. Corb. et Edit. Col.* si intellectu <sup>995</sup> Aliquando male præcipitur, et bene obeditur. *ms Vict. omittit* <sup>996</sup> Et servatur *mss Vict. Corb. et Edit. Col.* et servatur

pro te in vinculis istis me ponam, pœnam pro te accipiam <sup>997</sup>. » Bona quidem talis præceptio, quia ex perfecta charitate descendit; sed mala ad hoc concessio, quia prorsus obviat charitati. Nam ubi dictum est: *Alter alterius onera portare* (Galat. VI, 2), non dictum est, onera imponite. Mala est jussio, et bona obeditio, ut si quis poma cedrina, vel quippiam aliud, quod sine periculo haberi non posset, quis prælatus sibi afferri præciperet. Unde David aquam de cisterna sibi afferri præcepit; quæ quia in periculo suorum allata est, pœnituit præcepti, noluitque eam bibere, sed eam Domino libavit

## CAPUT CLXIX.

*De timore, commodo et amore.*

Deo quidem tribus de causis homines serviunt, videlicet timore, commodo et amore. Sunt namque nonnulli qui si pœnas inferni non esse sciant, pro nulla repromissione æternorum bonorum a suis voluptatibus cessarent <sup>998</sup>. Qui, licet pœnas illorum qui Deum minime verentur, evadant, non tamen plenam retributionem invenient. Alii autem Deo serviunt, ut magnum inde habeant commodum sive in præsentis vita, sive et in hac <sup>999</sup> et in futura, Quibus, si Deus voluerit, ex quadam ratione poterit dicere: « Gratia commodi vestri, mandata mea servastis, non quia pure me diligebatis, sed quoniam a me lucrari volebatis. » Sicut hi qui regi serviunt, non regem <sup>1000</sup> multi, sed donaria diligunt regis. Alius est qui vere Deum diligit, et solo amore ejus præcepta ejus custodit. Iste profecto legaliter servit, et bonam perfectamque mercedem sibi acquirit. Igitur, sicut Deo ille nihil præposuit, sic illi Deus justa recompensatione reddere debet seipsum, qui rebus omnibus excellit.

## CAPUT CLXX.

*De ratione, voluntate et appetitu.*

In anima tres sunt naturæ, videlicet ratio, voluntas et appetitus. Ratione assimilatur angelis, appetitu brutis animalibus, voluntate <sup>1001</sup> utrisque. Voluntas inter rationem et appetitum media est, aliquando enim ad rationem, aliquando ad appetitum se habet. Sed quando ad rationem se convertit, quia ea quæ sunt rationabilia et spiritualia sapit, dicitur homo rationalis et spiritualis. Quando vero ad appetitum se tenet, quia ea sapit quæ sunt carnalia et irrationabilium animalium, dicitur homo carnalis sive animalis. Unde scriptum est: *Animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt. Spiritualis autem judicat omnia, et ipse a nemine judicatur* (I Cor. II, 14). Cum itaque juxta hoc quod voluntas se habet, dicitur homo carnalis sive spiritualis, sciendum est quod interdum quædam sentiuntur in carne, quibus voluntas minime consentit.

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>997</sup> Pro pœnam te accipiam *ms Vict.* pœnam pro te accipiam *ms Corb.* pro te eripiam <sup>998</sup> Cessarent *ms Vict.* cessassent <sup>999</sup> Sive in hac *ms Vict. Corb.* sive et in hac <sup>1000</sup> Non quia regem *ms Corb. Vict.* non regem <sup>1001</sup> Ratio assimilatur. appetitus. voluntas *ms Vict. Corb.* ratione assimilatur. appetitu... voluntate <sup>1002</sup> In voluntate suggestionis *ms Vict. Corb. et Edit. Col.* in voluntate cogitationis <sup>1003</sup> Cum voluntate operandi *ms Vict.* in voluntate operandi <sup>1004</sup> Non debet qui mundus est subsistere *ms Vict.* non deberet mundus sustinere *Edit. Col.* non debet mundus subsistere

## CAPUT CLXXI.

*De suggestione, delectatione et consensu.*

Tres namque delectationes sunt: una quæ sentitur in carne præter voluntatem, quæ vocatur suggestio. Alia quæ sentitur in voluntate cogitationis <sup>1002</sup>, non tamen in voluntate actionis, quæ dicitur delectatio. Tertia quæ sentitur cum voluntate operandi <sup>1003</sup>, et nominatur consensus. Sed illam quæ nominatur suggestio, nulla pœna comitatur. Nam ubi non est consensus voluntatis, nulla sequitur pœna delectationis. Unde Apostolus: *Nihil damnationis est his qui sunt in Christo Jesu, qui non secundum carnem ambulant* (Rom. VIII, 4) Et alibi: *Condelector legi Dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, et captivum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis* (Rom. VII, 22) Interiorem hominem vocat ipsam rationem; legem membrorum, delectationem sine voluntate; legem Dei, observationem mandatorum ejus, quæ et lex mentis dicitur, quia mente servatur; legem autem peccati, quam prius legem membrorum nominaverat.

## CAPUT CLXXII.

*De nominibus animæ.*

Nota quod plura sunt nomina animæ. Vocatur enim aliquando spiritus, mens, animus, ratio, intellectus, interior homo. Dicitur etiam anima vegetabilis, sensibilis, rationalis. Sed cum plura nomina habeat, ad illa adhuc redeamus de quibus sermo fuit prius. Quia voluntas in illis aut recte se habebit, et erit legitima; aut illa deserendo, fornicatrix, vilis et abjecta. Namque si voluntas, quæ est media inter rationem et appetitum rationi concordaverit, legitime vivit; si vero appetitui, fornicatrix erit. Est ergo ratio sive spiritus, quasi vir; voluntas, ut sponsa; appetitus carnis, quasi adulter. Non igitur ei voluntas in aliquo consentiat; scriptum est enim: *Concupiscentia, cum conceperit, parit peccatum; cum consummatum fuerit, generat mortem* (Jacob. I, 15).

## CAPUT CLXXIII.

*De sordido exemplum.*

Quemadmodum si sordidus aliquis et omni fetore plenus occurreret alicui dicens se cum eo velle consiliari, non deberet mundus subsistere <sup>1004</sup>, sic nec voluntas appetitui carnali acquiescere.

## CAPUT CLXXIV.

*De quadrato lapide.*

Quadratus lapis sex æqualia habet latera, in quod horum ceciderit, firmiter jacebit; sic providendum est viro justo, ut in suo persistat proposito. Hujus autem latera sex hæc sunt: prosperitas,

adversitas, su. iobertas, subjectio, in secreto esse, et in publico; in quibus singulis, si a diabolo impulsetur, stet, nec a proposito moveatur.

## CAPUT CLXXV.

*De peccato.*

De peccato tribus modis loquimur. Secundum naturam, id est districtam justitiam, ut illud *Qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis* (Matth. v, 22). Secundum gratiam, ut: *Quacunque hora ingemuerit peccator, peccatum suum remittetur ei* (Ezech. xviii). Et: *Convertimini ad me, dicit Dominus, et ego convertar ad vos* (Zach. i, 3). Secundum disciplinam, ut cum præcipitur homini tantum vel tantum poenitere. Disciplina est sub gratia, quia nullus poenitere vel satisfacere posset nisi gratia præveniret.

## CAUT CLXXVI.

*De similitudine ceræ.*

Videas hominem <sup>1005</sup> in vanitate ab infantia usque ad profundam senectutem conversatum, sola terrena sapientem, et in his penitus obduratum. Cum hoc age de spiritualibus, huic de subtilitate divinæ contemplationis loquere, hunc secreta rimari cœlestia doce, et prospiciens eum nequaquam posse hæc videre <sup>1006</sup>. Nec mirum, indurata est cera, in istis ætatem nutrit, aliena ab istis sequi didicit. E contra consideres puerum ætate et scientia tenerum, nec bonum, nec malum discernere valentem, nec te quidem intelligere de hujusmodi disserentem. Nec quidem mirum. Mollis enim est cera, et quasi liquens, nec imaginem sigilli quoquomodo recipiens. Medius horum adolescens et juvenis est, ex teneritudine atque durtia quasi ex senectute et pueritia congrue temperatus. Si ergo hunc instruxeris, ad quemcunque utilitatis profectum voles, sive honestatis, apte informare valebis.

## CAPUT CLXXVII.

*De conatu diaboli contra novitium.*

Cum diabolus nequit monachum obruere vitæ quam professus est odio, nititur <sup>1007</sup> eum conversationis in qua est subruere, fastidio. Et licet illi monachicum propositum <sup>1008</sup> tenendum quasi concedat, tamen hoc quia sub talibus, aut etiam inter tales, aut in tali loco incepit <sup>1009</sup>, illum stultum nimis imprudentemque multimodis versutiis arguere non cessat. Ut dum illi persuadet incepto Dei be-

A nescio ingratum existere, iusto Dei iudicio nec ad <sup>1010</sup> meliora proficiat, nec quod accepit diu teneat <sup>1011</sup>, aut in eo utiliter persistat. Quippe dum incessanter laboriosis cogitationibus de mutando, aut si mutari non valet, saltem de improbando proposito meditatur, nunquam interim ad finem perfectionis tendere conatur. Nam quoniam illi <sup>1012</sup> fundamentum quod posuit displicet, nullatenus illi structuram bonæ <sup>1013</sup> vitæ superædificare libet. Unde fit ut <sup>1014</sup> quemadmodum arbuscula, si sæpe transplantetur, aut nuper plantata in eodem loco, crebra convulsione <sup>1015</sup> inquietetur, nequaquam radicare valens, ariditatem cito attrahit nec ad aliquam fructus fertilitatem pervenit: sic infelix monachus, si sæpius de loco ad locum proprio appetitu movetur <sup>1016</sup>, aut in uno permanens, frequenter ejus odio concutitur.

## CAPUT CLXXVIII.

*De pueris plantæ comparatis.*

Dic, quæso, si plantam arboris in horto tuo plantares, et mox illam ex omni parte ita concluderes ut ramos suos nullatenus extendere posset, cum eam post annos excluderes, qualis arbor inde prodiret <sup>1017</sup>? Profecto inutilis arbor, rugosa et gibbis plena, ramis suis incurvis perplexa. Hoc utique facitis, o vos puerorum magistri, de pueris vestris, qui plantati sunt per oblationem in Ecclesiæ horto, ut crescant <sup>1018</sup> et fructificent Deo. Vos autem in tantum terroribus, minis et verberibus undique illos coarctatis, ut nulla penitus liceat sibi libertate potiri. Itaque indiscrete oppressi, pravas et spinarum more perplexas cogitationes infra se congerunt, fovent et nutriunt. Unde fit ut quia nihil amoris, nihil pietatis, nihil benevolentiae circa se in nobis sentiunt, nec illi alicujus boni in vobis; sed quidquid est odii, impietatis, malevolentiae, postea spem habeant. Contingit itaque miserabili modo ut sicut corpore crescunt, sic et in eis timor tantum, et invidia, et suspicio omnis mali crescat ex vobis, semper proni et incurvi ad vitia, secum præmeditantes aut quomodo vestras insidias et machinationes valeant evitare, aut deinde sæculo redire.

## CAPUT CLXXIX.

*Exemplum de lamina auri.*

D vidistis, quæso <sup>1019</sup>, unquam artificem ex lamina auri vel argenti solis percussionibus <sup>1020</sup> imaginem

## VARIAE LECTIONES.

<sup>1005</sup> Videns hominem *mss et Edit. Col.* videas hominem <sup>1006</sup> Ad hæc videre *mss* hæc videre *ms Vict.* hoc videre <sup>1007</sup> Cum diabolus nequit monachatum alicui dare odio, nititur *ms Gem. G. 40.* Cum diabolus monachum nequit obruere vitæ quam professus est odio, nititur <sup>1008</sup> Monachatum propositum *mss* monachicum propositum <sup>1009</sup> Loco suscepit *ms Gem.* loco incepit <sup>1010</sup> Multimodis.. nec ad *ms Gem. G. 40* illum stultum nimis. imprudentemque multimodis versutiis arguere non cessat; ut dum illi persuadet incepto Dei beneficio ingratum existere, iusto iudicio Dei nec ad <sup>1011</sup> Diu teneat *ms Gem. omittit*, diu <sup>1012</sup> Improbando proposito *etc. ms Gem.* improbando initio meditatur; nunquam ad finem perfectionis tendere conatur. Nam quoniam illi <sup>1013</sup> Structuram bonæ *ms Vict.* fructum bonæ <sup>1014</sup> Ut fit ut *ms* unde fit ut <sup>1015</sup> Conculcatione *ms Gem.* convulsione <sup>1016</sup> Appetitu movetur *ms Gem.* appetitu mutatur <sup>1017</sup> Quales putas ramos extenderet *ms Gem.* qualis arbor inde prodiret <sup>1018</sup> Scilicet ut crescant *mss Corb. Vict. et Edit. Colon. omittunt*, scilicet <sup>1019</sup> Audistis, quæso *mss* vidistis, quæso <sup>1020</sup> Solis mallei percussionibus *ms Vict. Corb. et Edit. Col.* solis percussionibus

speciosam formasse? Non puto. Quid tunc? Quatenus aptam formam ex lamina formet, nunc eam <sup>1021</sup> suo instrumento leviter premit et percutit, et postmodum planat; nunc etiam discreto levamine <sup>1022</sup> levius levat et informat. Sic et vos, si pueros vestros cupitis moribus bonis ornatos esse, necesse est ut cum depressionibus verberum, impendatis eis paternæ pietatis et mansuetudinis levamen atque subsidium. Tenera quidem teneris <sup>1023</sup>, sicut et ipsi teneri sunt, lac scilicet, non solidum cibum præbentes eis necdum ad perfectam ætatem proventus.

## CAPUT CLXXX.

*De charitate.*

Qui charitatem in corde retinet, hoc unde Deus gratias scit ei, habet <sup>1024</sup>; ille vero ad quem tantummodo habetur, minime <sup>1025</sup>. Quas enim gratias mihi debet Deus, si quis me diligit? Amplius: is cui dilectio alterius servit, solus commodi munus perfunctorie <sup>1026</sup> suscipit, verbi gratia, beneficium unum, honorem unum, prandium unum, vel quodlibet officii genus in hunc modum; alius vero qui charitatem <sup>1027</sup>, quasi commodi munus exhibuit, intransitive sibi retinuit. Charitatis enim <sup>1028</sup> officium ab eo qui hoc suscipit, transit. Charitas vero ipsa, quæ Deus est, in eo remanet qui eam alius impendit; bonum autem permanens bono transiente melius est. Hæc igitur considerando profecto perspiciemus magis esse nobis gaudendum si alios diligimus quam si ab aliis diligamur. Nihil mihi debet aliquis, nec ego alicui; ergo charitas est exhibenda, non exigenda.

## CAPUT CLXXXI.

*Ex tribus causis omnis res amatur.*

Quidquid amatur, aut natura amatur, aut recte, aut spe commodi. Natura enim est <sup>1029</sup> ut omne bonum amemus et utile. Rectum vero, ut beneficientem nobis amemus. Spe commodi quandoque res amatur. Alia propter usum, ut mel, eo quod sit bonum et suave, etiam secundum usum. Alia vero secundum effectum, ut absinthium, et nonnulla naturalis potio, quæ cum dent sanitatem, nullam tamen in usu præbent suavitatem.

## CAPUT CLXXXII.

*Quod tribus modis diligendus sit Deus.*

Tribus etiam his modis diligendus est Deus. Natura, quia omnibus et melior et utilior, et ideo plus cæteris est amandus. Rectitudine, quoniam omnia quæ habemus præstat nobis, etiam hoc ipsum quod sumus. Et tanto major amare debemus plus nobis ipsis, quanto major est ipse qui se pro nobis dedit, et nobis eisdem semetipsum daturus est. Et quoniam ei personaliter non possumus reddere illud (non

enim his persona ejus eget), ostendit nobis quibus debeamus vicem reddere, dicens: *Mando vobis ut diligatis invicem, sicut dilexi vos* (Joan. xv, 17). Et apostolus: *Sicut pro nobis Christus animam suam posuit, ita debetis pro fratribus animas ponere* (1 Joan. iii, 16). Diligere igitur debemus nos invicem, tum quia et bruta quædam animalia hoc faciunt, tum quia unius familiæ, scilicet Christi, sumus, et quia in regno ejus singulos sicut nosipsos diligemus, et quia ibi æqualiter ab ipsis diligemur. Indecens enim est si in hoc mundo habuerimus odio quos ibi sumus habituri charissimos. Sciendum est enim quod quicumque ibi aderunt, nobis vicem reddent pro dilectione præsentis. Spe etiam commodi vel remunerationis diligendus est Deus, quoniam immortalitatem et incorruptibilitatem vobis promittit.

## CAPUT CLXXXIII.

*De tribus libertatibus.*

Libertatis siquidem modos tres dicimus esse: libertatem videlicet actionis, quam omnes volunt; id est, ut libere facere possint quæ volunt. Dicitur etiam libertas intelligentiæ, quam non omnes volunt. Est etiam libertas rectæ voluntatis, quæ semper est bona nam paucissimi volunt, id est ut ea velint quæ debent. Notandum quod libertas actionis sine libertate bonæ voluntatis semper est mala. Verum libertas intelligendi est media, quæ bona est, quotiescunque libertati rectæ voluntatis adhæret; mala autem, cum sine illa est. Habet primo quis quantumlibet libertatem intelligendi, id est scit intelligere quid sibi expedit; velit illam in bono, et sic promeretur adipisci libertatem intelligendi quidquid expedit, volendi quodcumque debet, agendi quidquid prodest. Sub libertate volendi est libertas arbitrii.

## CAPUT CLXXXIV.

*De venatione diaboli.*

Diabolus per peccati suggestionem quotidie ita ad venandum. Eos vero intra retia sua retinet quos nec dolor pro peccato proprio afficit. Illos autem jam amittere incipit quos pro carnis intemperie lugere jam conspicit. Quosdam autem tertii ordinis, id est sanatos a carnalibus et spiritualibus peccatis, omnino perdit. Primi omnino lugeant, doceant adhuc secundi, tertii vero gaudeant.

## CAPUT CLXXXV.

*Quod Deus non horreat peccatum.*

Horrere dicitur Deus animam peccatricem, non quod horreat peccatum, quod nihil est. sed quia non est ibi debita justitia, quam ibi amaret. Ut dicimus nos horrere domum, in qua nihil est quod

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>1021</sup> Minceam suo *mss et Edit. Col.* nunc eam <sup>1022</sup> Nunc etiam discreto levamine *mss Vict. et Edit. Col.* nunc etiam levamine <sup>1023</sup> Tenera quidem teneris *mss Corb. Vict. et Edit. Col.* tenera quidem teneris <sup>1024</sup> Hic unde gratias Deo agat, habet *mss Corb. Vict. et Edit. Col.* hoc unde Deus gratias scit ei, habet <sup>1025</sup> Ille vero.. minime *ms Vict. et Edit. Col.* illi vero.. misericordiam <sup>1026</sup> Pro functione *mss. et Edit. Col.* perfunctione <sup>1027</sup> Alius vero qui charitatem *ms Vict. et Edit. Col.* Alius vero charitatem <sup>1028</sup> Charitas enim *mss Corb. Vict.* Charitatis enim <sup>1029</sup> Naturale enim est *mss Corb.* natura enim est

amemus, sed hoc et illud improprie. Virtutibus igitur adhæreamus postponendo vitia, et hanc patientiam amplectendo cum jugi exercitio. Patientia etenim, vel quælibet virtus sine exercitio, quasi plumbea lancea est.

#### CAPUT CLXXXVI.

##### *Visio Anselmi de fluvio.*

Vidit, ut asserere solebat, Anselmus in infirmitate positus, et in extasi quodammodo extra se raptus, vidit, inquam, fluvium unum rapidum atque præcipitem, in quem confluebant omnium fluxuum purgaturæ et quarumcunque terrestrium rerum lavaturæ. Videbatur itaque aqua ipsa nimis turbulenta, et immunda et omnium spurcitiarum sorde horrida. Rapiebat igitur in se quidquid attingere poterat, et devolvebat tam viros quam mulieres infra se, divites et inopes simul. Fœda quidem erat aqua, ex ea tamen vivebant, et delectabantur in illa, ut ille asserebat qui eum ducebat. Illo vero ab ipso <sup>1030</sup> inquirente quisnam torrens ille esset, vel quid multitudo illa, in eo volutans, prætenderet, adjecit ille prædux Patris nostri, atque ait: «Ne mîeris. Torrens mundum significat quo rapiuntur, in cujus illecebrosi spurcitiis involvuntur omnes ipsum amantes.» Et his dictis, inquit.

#### CAPUT CLXXXVII.

##### *De vero monachatu.*

«Visne videre quid sit monachatus verus?» Ad hoc alter: «Volo.» Duxit itaque illum quasi in conspectum cujusdam magni claustrî, et admodum spatiosi et speciosi. Et ait: «Circumspice.» Aspexit et ille. Et ecce parietes claustrî illius obducti erant argento purissimo. Herba quoque vitens in medio erat, et ipsa argentea, mollis quidem, et redolens, et ultra humanam opinionem delectabilis. Hæc more alterius herbæ sub his qui in ea pausabant leviter flectebatur, et surgentibus illis, ipsa quoque erigebatur <sup>1031</sup>. Ut quid immoretur? Quidquid est jucunditatis, ibi erat. Cum ergo hic perpetuo habitandum elegisset Anselmus, ductor ejus se ei sponndit, si vellet, veram ostensurum patientiam. Sed quia, ut assolet, interm evigilavit, et promissum et promissi <sup>1032</sup> demonstratorem amisit. Has igitur duas visiones, a sancta paternitate et a paterna sanctitate nobis relatas <sup>1033</sup>, libenter audiamus, et audiendo devote teneamus, tenendo mente jugiter revolvamus, ut unius horrorem, dum vacat, fugiamus; alterius vero <sup>1034</sup> amœnæ jucunditati et jucundæ amœnitati insistamus, nos qui monachatum tenemus.

#### CAPUT CLXXXVIII.

##### *De securitate et pace in religione.*

Sicut bubo, dum in caverna cum pullis suis est,

A lætatur et suo modo bene sibi est, dum vero inter corvos et corniculas seu alias aves, incursatur ac dilaniatur et omnino sibi male est: utpote quem hic rostro male percutit <sup>1035</sup>, ille alis in eum irruit, alter vero unguibus discindit, ita et mihi. Quando enim cum monachis, meis scilicet filiis, conversari quæo, mihi bene est et grata hæc singularis vitæ meæ consolatio. Quando vero remotus ab illis inter sæculares conversor, hinc inde me variarum causarum incursus dilacerant, et quæ non amo sæcularia negotia vexant. Male itaque mihi est, quando sic sum, ac tremens pertimesco animæ meæ dispensum. Hic idem Pater noster quadam vice de trans mare regressum regem Guillelmum Junioem adiit, et ut Romam ad papam Urbanum pro stola sui archiepiscopatus eundi sibi licentiam daret humiliter eî mansuete petiit. At rex, ad nomen Urbani turbatus, dixit se illum pro papa non tenere, nec suæ consuetudinis esse ut absque sua electione alicui liceret in regno suo papam nominare. Hinc igitur orta quædam gravis dissensio est inter regnum et sacerdotium, adeo quidam magna quod et ipse absque <sup>1036</sup> assensu regis Anglia exiit <sup>1037</sup> et Romam petiit. Ibi quædam aliquandiu cum maximo honore et reverentia, tam ab ipso papa quam ab ipsis Romanis, sublimiter commorans, ac tandem precatu <sup>1038</sup> regis ac totius regni Angliam revisens, suæ profecto sedi, Deo quidem annuente ac populo favente <sup>1039</sup> constitutus est.

#### CAPUT CLXXXIX.

##### *Exemplum de lepore.*

Discedente autem quadam vice eodem Patre nostro a prædicti curia regis, pueri quos nutriebat leporem sibi occurrentem in via canibus insecuti sunt fugientem, etiam intra pedes equi, quem Pater ipse insidebat, subsistentem consecuti <sup>1039</sup> sunt. Ille vero sciens miseram bestiolam sic se refugio consuluisse, retentis habenis equum loco fixit, nec cupitum bestię voluit præsidium denegare. Quam canes circumdantes, et linguis suis hanc grato obsequio <sup>1040</sup> hinc inde lingentes, nec de sub <sup>1041</sup> equo poterant ejicere, nec in aliquo lædere. Quod videntes, admirati sunt qui aderant. At Pater pius, ubi quosdam aspexit ex militibus ridere, et quasi pro capta bestiola lætiæ frena laxare, solutus in lacrymas, ait: «Ridetis; et huc utique infelici nullus visus, nulla lætitia, hostes ejus circa eam sunt, et ipsa sola de vita sollicita confugit ad nos, præsidium suo modo fligitans. Hoc plane, filii, est similitudo hominis et animæ morientis. Nam cum de corpore exit, mox inimici sui, maligni scilicet spiritus, qui eam in corpore degentem per anfractus vitiorum

#### VARIÆ LECTIONES.

<sup>1030</sup> Ille vero ab ipso *Edit. Col.* illo vero ab ipso <sup>1031</sup> Ipsa quoque surgebat *mss Vict. Corb.* ipsa quoque erigebatur <sup>1032</sup> Evigilavit, promissi *mss Vict. Corb.* evigilavit, et promissum et promissi <sup>1033</sup> Relatas *ms Vict.* nobis relatas <sup>1034</sup> Alterius velut *mss Vict. Corb.* alterius vero <sup>1035</sup> Rostro percutit *ms Vict.* rostro male percutit <sup>1036</sup> Ut ipse absque *ms Vict. Corb. et Edit. Col.* quod et ipse absque <sup>1037</sup> Angliam exiit *mss et Edit. Col.* Anglia exiit <sup>1038</sup> Tandem precatu *ms Victor.* Ac tandem precatu <sup>1039</sup> Insidebat consecuti *mss Vict. Corb.* insidebat subsistentem consecuti <sup>1040</sup> Hanc grato obsequio *mss* hanc grato obsequio *ms V. cl.* ac grato obsequio <sup>1041</sup> Nec se sub *ms Vict.* nec de sub



multis modis persecuti sunt, crudeliter adsunt, A parati eam <sup>1042</sup> rapere, et in mortem æternam præcipiã'e. At ista nimis anxia, huc illucque circumspicit, et manum defensionis et auxilii, qua se tueatur, sibi porrigi ineffabili desiderio concupiscit. Dæmones autem econtrario vident, et immensa lætitia gaudent, si nullo eam adminiculo sultam invenire queant. Quibus dictis laxato freno iter arripuit, et bestiam ultra persequi clara voce canibus interdixit. Tunc illa ab omni læsione immunis, exultans et hilaris præpeti cursu campos silvasque revisit.

## CAPUT CXG.

*Exemplum de avicula.*

Alia quoque vice respexit puerum quemdam cum avicula in viã ludentem, quæ pedem filo innexum habebat <sup>1043</sup>. Sæpe cum laxius ire permittebatur, fuga sibi consulere cupiens, avolare nitentur. At per filum manu tenens retrahens irretitam aviculam ad se usque dejiciebat, et hoc ingens gaudium pulcherrimumque spectaculum puero præstabat. Factum est hoc semel et iterum, factum frequentius. Quod Pater benignus aspiciens, aviculæ condoluit et ut rupto filo libertati redderetur præcepit. Et ecce filum rumpitur, avisque avolat: puer plorat, Pater exultat. Et vocatis qui aderant: « considerastis, inquit tunc jocum pueri? » Et confessis considerasse, ait: « Simili consideratione jocatur diabolus cum hominibus multis, quos irretitos suis laqueis pro sua voluntate in diversa vitiorum impedimenta pertrahit. Sunt enim quidam (ut verbi gratia dicam) avaritiæ, seu luxuriæ et similium flammis succensi, et ex mala consuetudine illis addicti. His contingit aliquando ut sua facta considerantes fleant, seque amodo e talibus cessaturos ore promittant, et more avis <sup>1044</sup> irretitæ liberos se volare autument <sup>1045</sup>. Sed quia pravo usu irretiti ab hoste tenentur, nolentes in eadem vitia dejiciuntur; sitque hoc sæpius, nec omnimode liberantur, nisi magno conatu et gratia Dei <sup>1046</sup> suffis rumpatur pravæ consuetudinis. »

## CAPUT CXCI.

*De malitia et fœditate peccati.*

« Si hinc <sup>1047</sup>, inquit Anselmus, peccati pudorem, et illinc cernerem inferni horrorem, et necessario uni illorum haberem immergi, prius me in infernum megerem quam peccatum in me immitterem. Mallem enim prius a peccato et innocens gehennam intrare quam peccati sorde pollutus cœlorum regna tenere, cum constet solos malos in inferno torqueri, et solos bonos in cœlesti beatitudine foveri. »

## CAPUT CXCH.

*De verbis defuncti.*

Verba defuncti Osberni monachi, ad Anselmum in spiritu delata et ab eodem Anselmo postmodum exposita: Ter, inquit ille defunctus, antiquus serpens insurrexit in me, sed Ursarius domini mei liberavit me; hæc dicens, evanuit. Benedictus vero Pater noster visionem illam expergefactus a somno ad memoriam revocans ac singula propensius inspiciebat, quando et quibus libuit sic eam exposuit: Primo, inquit, pro peccatis quibus obligatus ante baptismum fuerat, in eum insurrexisse hostem antiquum; secundo, pro peccatis quæ fecit post baptismatis sacramentum, ante professionem; tertio, pro illis quæ fecit post professionem, ante obitum. Sed ter cecidit; peccata enim quibus astrictus fuerat ante baptismum, fide parentum in ipso <sup>1048</sup> sacramento delata, diabolus invenit. Illa etiam quæ in sæculo vel in monasterio ante professionem commisit, in ipsa professione monastica æque abolita, serpens ille antiquus reperit. Quæ vero post professionem fecit, vera confessione ante obitum monachus ille delevit. Per illum dominum Ursarium designari dixit ordinem angelicum. Sicut enim ursarii ursos, ita angeli spiritus malignos a sua sævitia coercunt et opprimunt, ne nobis noceant quantum volunt.

## CAPUT CXCH.

*Similitudo militis*

Sicut miles temporalis armis munitus est temporalibus, sic miles spiritualis debet armis munitus esse spiritualibus. Quæcunque enim militi temporalis contra hostem visibilem sunt necessaria, ipsa eadem spiritualiter intellecta, spirituali militi contra hostem invisibilem sunt pernecessaria. Sed quæ sunt illa quæ temporali militi sunt necessaria? In primis siquidem caballus quæ ei adeo est necessarius ut recte dici possit suus fidelissimus socius; cum illo namque et occurrentem aggreditur hostem, et perscutitur fugientem, et, cum tempus postulet, fugit persequentem. Deinde frenum additur quo ipse equus regitur; non enim in directum viam teneret, si miles eum freno minime regeret. Apponitur et sella, ipsi militi admodum idonea, quia tunc primum super equum suum decenter ascendere et firmiter poterit sedere, cum viderit eum super se sellam habere. Adduntur etiam et calcaria ad eundem equum excitandum valde necessaria; sæpius namque gressum non moveret si miles cum calcaribus non ugeret, quorum alterum est dextrum, alterum vero sinistrum. Dehinc miles suis induitur armis, quibus ab

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>1042</sup> Parati sunt eum mss Vict. Corb. parati eam <sup>1043</sup> Annexum habebat ms Vict. et Edit. Col. annexum habens <sup>1044</sup> Et more avis ms Vict. et Edit. Colon. si more avis <sup>1045</sup> Autument ms Vict. et Edit. Col. autument <sup>1046</sup> Et gratia mss Vict. Corb. et Edit. Col. et gratia Dei <sup>1047</sup> Si hic mss et Edit. Col. si hinc <sup>1048</sup> Per fidem parentum in ipso ms Vict. fide in ipso ms Corb. fide parentum in ipso ms Corb. 507. Explicit liber sancti Anselmi Cantuariensis archiepiscopi, De similitudinibus. In ms. Bec. leguntur insuper duæ Similitudines. una de Milite, altera de Cellario, quæ etiam habentur in ms San Germani A. 1.

hostis sui incursu defenditur. Lorica vestitur, ne in aliqua sui corporis parte vulneretur. Galea caput ejus ornatur, ut et ipse inde decoretur, et ejus principale securum habeatur. Scutum prætenditur ut ipse totus inde protegatur. Lanca in manibus tenetur, ut inde hostis adhuc longe semotus transfigatur. Gladio accingitur, unde idem hostis comminus juguletur. Ista itaque omnia militi temporali sunt valde necessaria; nequaquam namque bene armatus esse poterit, si vel unum ex istis, quamlibet minimum, illi defuerit, nec proprie dici poterit miles legitimus, quia adhuc erit imperfectus. Verum ista omnia, ut prædiximus, spiritualiter accepta, spirituali militi nihilominus sunt necessaria. Spiritualem vero militem nostrum dicimus hominem interiorem, hic etenim debet omni tempore suo Creatori militare; equus autem militis hujus est corpus ipsius, sicut enim militi equus est necessarius, sic interiori homini corpus. Nam quemadmodum miles cum equo contra suum adversarium pugnat, sic interior homo cum corpore contra diabolum. Cum corpore namque et occurrentem diabolum expugnat, ejus tentationibus viriliter resistendo, et fugientem cruciat instanter persequendo, et persequentem, cum ratio postulat, deridet prudenter fugiendo. Cum enim homo bene vivere incipit, mox diabolum illum decipere totis viribus satagit; cui si ille non consenserit, sed ejus tentationibus et animo et corpore viriliter restiterit, mox ipsum diabolum devincit; hoc est enim diabolum vincere, ejus suggestionibus fortiter resistere. Qui si etiam in bonis operibus, et animo et corpore instanter perseveraverit, et ipsum quidem diabolum magno persecutionis cruciatu ferit. Tunc etiam miles Christi diabolum persequitur, cum in bene operando perseverantiam amplectitur. Cum vero ipsi diabolo, summa Dei providentia juste disponente omnia, super hominem potestas tribuitur, tunc illum persequi dicitur. Sed plerumque miles Christi ejus ad modicum cedit vesaniæ, ut adhuc Domino suo possit fructificare, juxta quod idem Dominus ipse de membris ipsius diaboli suos discipulos admonuit dicens: *Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam* (Matth. x, 23). Quod cum miles Christi facit, ipsum diabolum prudenter illudit. Non enim fugit quod eum timeat, sed ut Domino suo adhuc prædam acquirat. Valde itaque est necessarius nostro militi suus equus, id est interiori homini, corpus exterius. Sciendum vero quia proprium est militis præesse, equi autem subesse; militis imperare, equi obtemperare; nequaquam namque miles contra adversarium decenter pugnare poterit, nisi equus suus sibi subjectus fuerit, et nisi sibi per omnia obedierit; sed quia est animal mutum et non habet intellectum, miles capiti ejus frenum imponit quo eum huc et illuc, cum etiam noluerit, secundum propriam voluntatem flectere possit. Neque enim expedite adversus suum pugnare poterit adversarium, nisi in equo suo habuerit frenum. Nam quomodo ipsi hosti fortiter resisteret, cum sibi pro-

pius equus multoties repugnaret. Decet itaque ut in equo suo habeat frenum, si vult expedite pugnare contra adversarium. Debet autem secundum equi qualitatem freni providere quantitatem. Si enim obedientem equum habuerit et quietum, in eo parvum et suave debet ponere frenum; si vero rebellem et indomitum, magnum in eo et asperum necesse est ut imponat frenum; si autem mediocre, et in freno debet providere mediocritatem. Similiter si miles Christi vult legitime certare contra diabolum, debet in suo equo habere frenum; frenum autem quo hujusmodi regitur equus, abstinentia dicitur; per abstinentiam namque debet interior homo exterioris lasciviam refrenare, et eum secundum propriam voluntatem huc atque illuc flectere. Nam sine hujusmodi freni regimine nullatenus expedite poterit adversus diabolum pugnare. Sed ipsa abstinentia debet esse discreta; secundum enim corporis sui qualitatem decet ut interior homo provideat abstinentiæ quantitatem; alioquin sibi non erit ad ullum adjumentum, imo ad maximum impedimentum. Notandum quoque quia frenum duo lora solet habere, quæ miles in sua manu debet tenere, et sic equum suum regere, sed si alterum plus altero traxerit nequaquam ipse equus in directum viam tenere poterit. Ut autem in directum viam teneat, necesse est ut miles utraque lora in directum trahat. Quid itaque per duo lora freni, nisi duo membra abstinentiæ debent intelligi; alia namque abstinentia est nimium remissa, alia supra modum districta quæ si inæqualiter interior homo exteriori indixerit, id est, si unum plusquam alterum ei injunxerit, nequaquam rectam viam tenere poterit; aut enim propter nimium remissam abstinentiam superbiat, aut propter plurimum districtam deficiet. Restat igitur ut neutram indiscrete corpori suo injungat, sed discretionis manu mediocritatem teneat. Debet autem miles iste super equum suum sellam habere. Ejus sellam credimus esse mansuetudinem; hanc enim debet interior homo super exteriorem ponere, ut super eum firmius sedere et eum decentius possit regere, videlicet ut nullum membrum huc vel illuc inordinate moveat, sed omnia decenter et mansuete contineat, ut nihil agat superbe, sed omnia cum tranquillitate. Sunt etiam calcaria huic militi ad equum excitandum pernecessaria; ista siquidem calcaria duo sunt exhortationum genera. Duo namque sunt genera exhortationum, quibus interior homo exteriorem debet excitare ad opus bonum: quædam namque exhortationes sunt de timore, quædam vero de amore. Illæ autem quæ sunt de timore dicuntur sinistrae; quæ vero de amore, dicuntur dextræ. Sed de quo timore et de quo amore? De timore gehennæ et de amore vitæ perpetuæ; de timore horribilis calamitatis et de amore delectabilis jucunditatis; de timore perpetuæ miseræ et de amore perennis gloriæ. Quia ergo noster exterior homo est infirmus et corruptibilis, sæpius aliqua instanti gravitate a bono opere vellet cessare, sed,

eum interior homo eum ab incepto bene operandi finire velle torpere senserit. mox eum quasi miles equum suum calcari debet exercitare prædictis exhortationibus, aliquando videlicet dextris, aliquando sinistris, id est nunc timore, nunc amore, quandoque simul utrisque. Hæc de equo et de his quæ ad eum pertinent disseruimus. Nunc vero ad militem nostrum redeamus, et quibus armis armari debeat attentius inquiramus. Militem nostrum, ut prædiximus, nostrum esse interiorem hominem credimus, unde, sicut constat de temporali milite, nullatenus miles iste cum adversario suo sine armis bellicis poterit legitime certare. Nam quomodo a diaboli mortiferis jaculis membra sua servaret illæsa, si non indueretur lorica? Quam securitatem suo principali obtineret, vel quem timorem ipsi hosti incuteret, si galeam in capite non haberet? Quomodo a virulentis antiqui serpentis ictibus tam se quam equum suum defenderet, nisi scutum prætenderet? Unde vero ipsum hostem transfigeret, si lanceam in manibus nequaquam teneret? Aut unde idem hostis jugularetur, si miles Christi gladio non accingere-tur? Sunt itaque admodum necessaria nostro militi sua arma. Arma ista, licet sint bellica, non sunt tamen temporalia, sed spiritualia; non sunt carnalia, sed intellectualia; sicut enim docet Apostolus, spiritualia spiritualibus comparare debemus (*I Cor. II, 17*): siquidem miles noster spiritualis dicitur, sed ejus adversarius nihilominus spiritualis creditur. Quid itaque consequentius quam ut isti tales adversarii armis adversum se invicem dimicent spiritualibus? Ut ergo miles Christi contra ignita diaboli jacula ex omni parte se muniat, sine mora lorica suam induat. Ejus quippe lorica, attestante Scriptura, dicitur justitia (*Ephes. VI, 14*). Nam quemadmodum lorica annulis contextitur, sic justitia bonis operibus perficitur; opera namque justitiæ sunt quasi annuli lorice, sed ipsa justitia debet esse continua. Manifestum quidem est de lorica quia, si fuerit interrupta, ad tuendum militem minus sit idonea. Eodem modo intellige de justitia, si et ipsa fuerit interrupta: ipsa quidem interrupta dicitur, quæ quandoque intermittitur. Qui ergo intermittit justitiam, quasi interruptam induit lorica. Sed miles iste nequaquam poterit contra adversarium suum fortiter pugnare. Igitur ut miles Christi antiquo hosti viriliter resistat, lorica justitiæ inviolatam custodiat, id est sine intermissione operibus justitiæ studeat insistere. Debet etiam miles iste galea caput suum ornare, videlicet ut et ipse inde decorus appareat, et ipsi hosti ob tantum securitatis signum terrorem minimum incutiat. Caput hujus militis non inconvenienter accipitur intentio ipsius hominis interioris. Nam sicut caput præest cæteris membris corporis, sic intentio videtur præesse cæteris instrumentis interioris hominis. Ut enim nos docet usus ipse, intentio in nobis solet præcedere, demde cura, sollicitudo, studium et cætera hujusmodi, ut ipsa intentio opere valeat demonstrari. Ac

sic solent quædam membra subsequi. Quic autem intelligere debemus per galeam, nisi beatam spem? Nam quomodo galea sursum dirigitur, sic beata spes semper ad superiora sustollitur. Tunc ergo miles Christi super caput suum galeam ponit, cum intentionem suam beata spe munit, id est, cum quidquid boni intendit agere, hoc solummodo facit ob spem beatæ et perennis gloriæ. Est etiam clypeus nostro militi valde necessarius, hunc quippe debet prætendere, ut a virulentis diaboli jaculis tam se quam equum suum valeat defendere. Scutum militis hujus fidem docet esse Apostolus: *Sumite*, inquit, *scutum fidei in quo* (*Ephes. VI, 16*), etc. Fides namque tanquam scutum inexpugnabile a dentissima vitiorum tela solet excipere, ac metu gehennæ et cælestis regni credulitate mortificando extinguere. Possumus etiam, per scutum, aptissime patientiam accipere. Sicut enim scutum excipiendo adversarii tela militem temporalem servat incolumen, ita patientia excipiendo mortifera diaboli spicula, militem spiritualem. Notandum quoque quia miles ex sinistro latere scutum solet prætendere; per sinistram quippe partem, intelligere possumus adversitatem. Scutum itaque miles Christi ex sinistro prætendit latere, cum patientiam et animo et corpore amplectitur in adversitate; nunquam enim in prosperitate est virtus patientiæ. Ille autem vere patiens esse creditur qui adversis atteritur, et tamen a spei rectitudine non flectitur. Restat igitur ut miles ille absque mora lanceam manibus arripiat, gladio se accingat, ac sic audacter ad singulare certamen accedat hostique suo viriliter se objiciat. Lanceam debet arripere, ut inde suum hostem valeat transfigere; gladio debet accingi, unde idem hostis queat jugulari. Quid autem per lanceam intelligendum est, nisi providentia? Sicut enim temporalis adversarius adhuc longe semotus transfigitur lancea, ita hostis antiquus quasi adhuc longe divisus quadam transigitur providentia. Unde, ut diximus, miles noster ipsam lanceam debet tenere in manibus. Sæpius in divinis Scripturis, quia per eas solemus operari, opera per manus solent designari; lanceam itaque in manibus tenere, est in operibus providentiam habere. Cum enim miles Christi aliquid proponit agere, statim ad ipsum opus mentis intuitum debet dirigere et ad quem finem tendat diligenti providentia circumspicere, quod si tendiderit ad finem malum, mox anathematizando illud, tanquam mortiferum respuat venenum; sin autem ad finem bonum videatur tendere, sive sit leve sive sit grave, intrepidus ipsum opus debet arripere, ac hilari devotione perficere. Si igitur miles Christi hanc providam sollicitudinem in omnibus operibus suis jugiter habere studuerit, ipsum adversarium suum, tanquam lanceam providentiæ transfixum, facillime superare poterit. Quid vero significet gladius? Exponere nobis dignum duxit Apostolus: *Et gladium*, inquit, *spiritus, quod est verbum Dei* (*Ephes. VI, 17*). Et iterum: *Vivus est sermo Dei et efficax* (*Hebr. IV, 12*), etc. Verbum quippe Dei

non inconvenienter gladius, spiritualis videlicet, seu anceps dicitur gladius, quia quod huiusmodi gladius agit corporaliter, verbum Dei videtur agere spiritualiter. Anceps namque gladius ex utraque parte solet incidere, sic et sermo divinus quasi ex utraque parte videtur incidere, cum corda hominum duobus modis solet compungere, scilicet nunc terrendo, nunc blandiendo, nunc mortem æternam comminando, nunc vitam sempiternam promittendo. Cum ergo miles Christi hanc verbi Dei lectionem et in se et in quoscunque valet exercere, ipsum antiquum hostem gladio quodammodo videtur jugulare. Quasi enim jugulando eum usque ad interuersionem prosternit, dum longe a finibus suis, a cordibus videlicet in quibus ante inhabitaverat, gladio verbi Dei illum violenter expellit. Valde itaque ut prædiximus, sunt necessaria spirituali militi sua arma.

#### CAPUT CXCIV.

##### *Similitudo cellerarii.*

Salomon ex personæ sponsæ dicit in Cantica: *Introduxit me rex in cellam vinariam* (Cant. II, 4). Videamus quomodo prudens cellerarius soleat ordinare dolia in cella vinaria, siquidem iuxta ostium illud ponit dolium in quo est debilissimum vinum, iuxta quod et aliud ponitur in quo aliquantum melius vinum habetur, sed et iuxta illud tertium sistitur in quo adhuc melius vinum continetur. Sicque quanto dolia ab ostio disjunguntur, tanto in eis melius vinum habetur. Novissimo vero, id est in angulo illud ponitur dolium in quo continetur pretiosissimum vinum. Omni prudentia optimum vinum nequaquam ponitur iuxta ostium, sed illud quod est vilissimum. Sed quare? Propter ingredientes videlicet et egredientes. Si enim bonum esset iuxta ostium, ipse cellerarius non minimum inde ab ingredientibus sive egredientibus incurreret damnum; citius namque arripitur quicquid prope manus invenitur, et ideo viliozem potum anteponit, potiozem vero postponit; solet etiam et aliam facere prudentiam, cum aliquem in cellarium suum introducit, iuxta modum quo eum diligit, ei ad potandum tribuit; quem enim parum diligit, illi de leviori potu tribuit; quem vero aliquantulum diligit, ei de mediocri potu tribuit; quem autem plurimum diligit, huic de optimo dolio ad potandum tribuit. Dicit itaque sponsa: *Introducat me rex in cellam vinariam*. Rex iste Rex regum cellam habet vinariam in qua sponsa sua, videlicet fidelis anima, se gratulatur introductam; ejus cella vinaria dicitur Scriptura sacra. In hac cella quatuor habentur dolia mellifluæ dulcedinis plena, quorum ista sunt nomina: simplex historia, allegoria, moralitas, anagogen, id est intellectus tendens ad superiora. Ista quidem dolia modo quo superius diximus sunt ordinata. Primo namque loco in Scriptura sacra, tanquam iuxta ostium, est simplex historia, deinde allegoria, postea moralitas, novissime vero, quasi in angulo, est anagogen, id est contemplatio. Valde dulcis

est historia, sed et dulcior in allegoria; dulcissimus vero in moralitate, longe autem incomparabiliter dulcior in anagogen, id est in contemplatione. Potus qui continetur in primo dolio, id est in historia, sunt simplicia gesta sanctorum et exempla, quibus dum intendimus, animas nostras magna dulcedine quodammodo potamus. In secundo autem dolio, id est in allegoria, est fidei instructio; per allegoriam namque ad fidem instruimur et interiore homine admirandæ suavitatis sapore imbuimur. In tertio vero dolio, id est in moralitate, est morum compositio; per moralitatem etenim mores nostros componimus, et, quasi miræ dulcedinis potu refecti, hilares et amabiles proximis nostris apparemus. Potus qui continetur in quarto dolio, illo videlicet qui stat in angulo, id est in anagogen, est quidam suavissimus divini amoris affectus, cujus ineffabili dulcedine, cum anima nostra reficitur, ipsi summæ divinitati quodammodo unitur. Cum igitur cellerarius iste aliquos in cellarium suum, sanctam videlicet Scripturam introducit, modo quo superius diximus, eis ad potandum tribuit; simpliciores namque et rudes in fide ac ejus amore, de primo dolio solet potare, id est de historia, capaciores vero de allegoria; perfectiores autem de moralitate; perfectissimos autem de anagogen, id est de contemplatione. Sciendum vero quod quisquis de quarto dolio, de illo videlicet quod stat in angulo, id est de anagogen, biberit; quantulumcunque inde gustaverit, statim ob miram ipsius potus dulcedinem ebrius erit, illa videlicet ebrietate ad quam sponsus electos suos invitat in Cantica. *Comedite, amici, et bibite, et inebriamini, charissimi*. Quicumque etenim de potus huius dolii suavissimo sapore inebriatur, mox ad mundi huius turbines, tanquam ebrius, insensibilis redditur. Habet autem istud cellarium in se quoddam ostium; in isto vero ostio, quædam clavis habetur per quam infidelibus clauditur et fidelibus aperitur. Ostium huius cellarii, id est sanctæ Scripturæ, est recta fides; clavis autem humilitas; qui ergo vult intrare in cellarium Domini, id est in sanctam Scripturam, necesse est ut intret per ostium et clavem, per fidem videlicet et humilitatem; debet namque certissime credere quicquid dicit sancta Scriptura verum esse; deinde sensum ipsius Scripturæ, ac si pro foribus pulsando, humiliter debet investigare; nullus etenim sine fide et humilitate in cellarium Domini ad suam utilitatem poterit intrare. Poterit quidem tanquam fur triumphare, et quadam vi sæcularis scientiæ, de primis dolis quasi quasdam guttas lambere, sed ad ultimum dolium, in quo continetur illud vinum quod lætificat cor hominis (*Psal. ciii, 15*), id est ad anagogen, nullatenus quibit perungere. Quisquis igitur in cellario Domini de omnibus dolis, id est de historia, de allegoria, de moralitate, de contemplatione sufficienter bibere desiderat, rectam fidem cum summa humilitate habere studeat.